

37. POMPONIUS libro III. ad Quintum Mucium.—Si communis servus ita stipularetur: «Lucio Titio, et Caio Seio dari spondes?» qui sunt domini illius, pro virilibus partibus iis ex stipulatione debetur; si vero ita: «dominis meis dare spondes?» pro parte, qua domini essent; si vero ita: «Lucio Titio et Caio Seio, dominis meis, dare spondes?» dubitaretur, utrumne (1) viriles partes, an pro dominica portione iis deberetur. Et interesset, quid cuius demonstrandi gratia esset adiectum, et quae pars eius stipulationis principalem causam haberet; sed quum ad nomina prius decursum est, rationabilius esse videtur, pro virili parte stipulationem iis acquiri, quod dominorum vocabula pro demonstratione habeantur.

38. IDEM libro V. ad Quintum Mucium.—Si servus meus a liberto meo operas sibi dari stipuletur, inutilem stipulationem esse Celsus scribit; aliter atque si non adiecto hoc verbo «sibi» stipulatus fuerit.

39. IDEM libro XXII. ad Quintum Mucium.—Quum servus, in quo usumfructum habemus, proprietatis domino ex re fructuarii, vel ex operis nominatim stipuletur, acquiritur domino proprietatis; sed qua actione fructuarius recuperare possit a domino proprietatis, requirendum est. Item si servus bona fide nobis serviat, et id, quod nobis acquirere poterit, nominatim domino suo stipulatus fuerit, ei acquirat; sed qua actione id recuperare possumus, quaeremus. Et non sine ratione est, quod Caius noster dixit, condici id in utroque casu posse domino.

40. IDEM libro XXXIII. ad Quintum Mucium.—Quidquid contraxit servus, dum nobis servit, etiam si stipulationem contulit in alienationem, vel manumissionem suam, tamen nobis id acquisitum erit, quia potestas eius tunc, quum id contraheretur (2), nostra fuit. Idque est, si filiusfamilias contrahat, namque etiam quod in emancipationis suae tempus contulerit, nobis debebitur, si tamen dolo malo id fecerit.

37. POMPONIO; Comentarios á Quinto Mucio, libro III.—Si un esclavo común estipulase así: «prometes dar á Lucio Ticio y á Cayo Seyo?», los cuales son dueños de él, se les debe á ellos por porciones viriles en virtud de la estipulación; pero si de este modo: «prometes darles á mis dueños?», con arreglo á la parte en que fuesen dueños; y si así: «prometes dar á Lucio Ticio y á Cayo Seyo, mis dueños?» se dudaría si se les debería por porciones viriles, ó según su parte de dominio. E importaría saber qué se había añadido para hacer la designación, y qué parte de esta estipulación tendría la causa principal; pero cuando se recurrió antes á los nombres, parece que es más razonable que se adquiriera para ellos la estipulación por partes viriles, porque los nombres de los dueños se tienen como demostración.

38. EL MISMO; Comentarios á Quinto Mucio, libro V.—Si un esclavo mío estipulara de un liberto mío que se le den días de trabajo, escribe Celso que la estipulación es inútil; lo contrario que si hubiere estipulado no habiendo añadido estas palabras: «á él».

39. EL MISMO; Comentarios á Quinto Mucio, libro XXII.—Cuando el esclavo, sobre el cual tenemos el usufructo, estipula determinadamente para el dueño de la propiedad respecto á cosa del usufructuario, ó respecto á su trabajo, se adquiere para el dueño de la propiedad; pero se ha de investigar con qué acción podría recuperarlo del dueño de la propiedad del usufructuario. Asimismo, si el esclavo nos prestara de buena fe servidumbre, y lo que pudiere adquirir para nosotros lo hubiere estipulado expresamente para su señor, lo adquirirá para él; pero preguntaremos con qué acción lo podemos recuperar. Y no carece de razón lo que dijo nuestro Cayo, que en uno y otro caso se podía reclamar esto por la condición para el dueño.

40. EL MISMO; Comentarios á Quinto Mucio, libro XXXIII.—Todo lo que el esclavo contrató, mientras nos sirve, aun si difirió la estipulación á su enajenación, ó manumisión, se habrá, sin embargo, adquirido para nosotros, porque teníamos potestad sobre él cuando lo contrató. Y lo mismo es, si el hijo de familia contratara, porque también se nos deberá lo que hubiere diferido al tiempo de su emancipación, si, no obstante, esto lo hubiere hecho con dolo malo.

LIBER QUADRAGESIMUSSEXTUS

TIT. I

DE FIDEIUSSORIBUS ET MANDATORIBUS
[Cf. Cod. VIII. 41. (40.)]

1. ULPIANUS libro XXXIX. ad Sabinum.—Omni obligationi fideiussor accedere potest.

2. POMPONIUS libro XXII. ad Sabinum.—Et

(1) utrum per, Hal. Vulg.

LIBRO CUADRAGÉSIMO SEXTO

TÍTULO I

DE LOS FIADORES Y DE LOS MANDANTES
[Véase Cód. VIII. 40. (41.)]

1. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXXIX.—A toda obligación se puede agregar fiador.

2. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXII.

(2) Taur. según la escritura original; contraheret, la corrección del código Fl., Br.

commodati, et depositi fideiussor accipi potest; et tenetur, etiamsi apud servum vel pupillum depositum commodatumve (1) fuerit; sed ita demum, si aut dolo malo aut culpa hi fecerunt, pro quibus fideiussor est.

3. **ULPIANUS libro XLIII. ad Sabinum.**—Qui satisfactio promisit, ita demum implese stipulationem satisfactionis videtur, si eum dederit accessio loco, qui obligari potest et conveniri. Ceterum si dederit servum, aut filiumfamilias, ex quibus causis de peculio actio non datur, vel mulierem, quae auxilio Senatusconsulti utitur, dicendum est, non esse impletam satisfactionis stipulationem. Plane si non idoneum fideiussorem dederit, magis est, ut satisfactum sit, quia admisit eum fideiubentem, idoneum esse comprobavit.

4. **IDEM libro XLV. ad Sabinum.**—Potest accipi fideiussor eius actionis, quam habiturus sum adversus eum, pro quo fideiussi, vel mandati, vel negotiorum gestorum.

§ 1.—Fideiussor et ipse obligatur, et heredem obligatum relinquit (2), quum rei locum obtineat.

5. **IDEM libro XLVI. ad Sabinum.**—Generaliter Iulianus ait, eum, qui heres extitit ei, pro quo intervenerat, liberari ex causa accessionis, et solummodo quasi heredem rei teneri. Denique scripsit, si fideiussor heres extiterit ei, pro quo fideiussit, quasi reum esse obligatum, ex causa fideiussionis liberari; reum vero reo succedentem ex duabus causis esse obligatum. Nec enim potest reperiri quae obligatio, quam perimat, at in fideiussore et reo reperitur, quia rei obligatio plenior est. Nam ubi aliqua differentia est obligationum, potest constitui, alteram per alteram perimi; quum vero duae eiusdem sint potestatis, non potest reperiri, cur altera potius, quam altera consumeretur. Refert autem haec ad speciem, in qua vult ostendere, non esse novum, ut duae obligationes in unius persona concurrant; est autem species talis: si reus promittendi reo promittendi heres extiterit, duas obligationes sustinet; [6.] item (3) si reus stipulandi extiterit heres rei stipulandi, duas species obligationis sustinebit; plane si ex altera earum egerit, utramque consumet, videlicet quia natura obligationum duarum, quas haberet, ea esset, ut, quum altera earum in iudicium deduceretur, altera consumeretur.

6. [7.] **IDEM libro XLVII. ad Sabinum.**—Stipulatus sum a reo, nec accepi fideiussorem; postea volo adicere fideiussorem; si adiecero, fideiussor obligatur.

§ 1.—Et parvi refert, utrum pure fideiussorem obligem, an ex die, an sub conditione.

§ 2.—Adhiberi autem fideiussor tam futurae, quam praecedenti obligationi potest, dummodo sit aliqua vel naturalis futura obligatio;

7. [8.] **IULIANUS libro LIII. Digestorum.**—quod

—Se puede recibir fiador del comodato y del depósito; y se está obligado aunque el depósito ó el comodato se le hubiere hecho á un esclavo ó á un pupilo; pero esto solamente, si hubieren obrado ó con dolo malo ó con culpa aquellos por quienes se prestó la fianza.

3. **ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLIII.**—El que prometió dar fianza se considera que cumplió la estipulación de la fianza, solamente si hubiere dado en calidad de agregado uno que pueda obligarse y ser demandado. Pero si hubiere dado un esclavo, ó un hijo de familia, por causas por las que no se da la acción de peculio, ó una mujer, que usa del beneficio del Senadoconsulto, se ha de decir que no se cumplió la estipulación de la fianza. Pero si no hubiere dado fiador abonado, es más cierto que dió fiador, porque el que admitió este fiador comprobó que era abonado.

4. **EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XLV.**—Se puede admitir fiador de la acción ó de mandato ó de gestión de negocios, que yo he de tener contra aquel por quien fui fiador.

§ 1.—El mismo fiador se obliga, y deja obligado á su heredero, porque ocupa el lugar del deudor.

5. **EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XLVI.**—En general dice Juliano, que el que quedó siendo heredero de aquel por quien había sido fiador, queda libre de la causa de la fianza, y obligado solamente como heredero del deudor. Finalmente escribió, que si el fiador hubiere quedado heredero de aquel por quien salió fiador, estaba obligado como deudor, y quedaba libre de la causa de la fianza; pero que el deudor que sucede á otro deudor estaba obligado por ambas causas. Porque no se puede hallar qué obligación extingue á la otra, pero se halla tratándose del fiador y del deudor, porque la obligación del deudor es más plena. Porque cuando hay alguna diferencia entre las obligaciones, se puede determinar que la una se extingue por la otra; mas cuando ambas son de la misma fuerza, no se puede hallar razón por la que una se extinga más bien que la otra. Mas esto lo refiere al caso en que quiere demostrar que no es nuevo que dos obligaciones concurren en la persona de uno solo; pero el caso es el siguiente: si un reo de prometer quedare heredero de otro reo de prometer, soporta las dos obligaciones; [6.] asimismo, si un reo de estipular quedare siendo heredero de otro reo de estipular, soportará dos especies de obligación; y ciertamente que si ejercitare la acción por virtud de una de ellas, extinguirá una y otra, á saber, porque la naturaleza de las dos obligaciones, que tendría, sería tal, que, siendo una de ellas deducida en juicio, se extingue la otra.

6. [7.] **EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XLVII.**—Estipulé de un deudor, y no recibí fiador; después quiero agregar fiador; si lo hubiere agregado, se obliga el fiador.

§ 1.—Y poco importa que yo obligue al fiador puramente, ó desde día, ó bajo condición.

§ 2.—Se puede dar fiador tanto para una obligación futura, como para otra anterior, con tal que haya alguna obligación aunque sea natural futura;

7. [8.] **JULIANO; Digesto, libro LIII.**—porque

(1) commendatumve. Hal.

(2) Hal. Vulg.; reliquit, el códice Fl.

(3) Idem. Si reus, Vulg., comenzando aquí otro fragmento.

enim solum repeti non potest, conveniens est, huius naturalis obligationis fideiussorem accipi posse.

8. [9.] ULPIANUS libro XLVII. ad Sabinum. — Graece fideiussor et ita accipitur: τῆ ἐμῆ κίετα καλεῖται, λέγω (1), εἶπω [mea fide iubeo, dico, volo], sive: βούλομαι [cum destinatione quadam animi volo] (2); sed et si: φημί [affirmo] dixerit, pro eo erit, atque si dixerit: λέγω [dico].

§ 1.—Praeterea sciendum est, fideiussorem adhiberi omni obligationi posse, sive re, sive verbis, sive consensu.

§ 2.—Pro eo etiam, qui iure honorario obligatus est, posse fideiussorem accipi sciendum est.

§ 3.—Et post litem contestatam fideiussor accipi potest, quia et civilis, et naturalis subest obligatio; et hoc et Iulianus admittit, eoque iure utimur. An ergo condemnato reo exceptione (3) uti possit, quaeritur; nam ipso iure non liberatur; et si quidem iudicati actionis acceptus non est, sed tantum litis exercitationis, rectissime dicitur, uti eum exceptione posse; si vero acceptus fuerit etiam totius causae, cessabit exceptio.

§ 4.—A tutore, qui testamento datus est, si fuerit fideiussor datus, tenetur.

§ 5.—Sed et si ex delicto oriatur actio, magis putamus teneri fideiussorem.

§ 6.—Et generaliter omnium obligationum fideiussorem accipi posse, nemini dubium est.

§ 7.—Illud commune est in universis, qui pro aliis obligantur; quodsi fuerint in duriores causas adhibiti, placuit, eos omnino non (4) obligari, in leviores plane causam accipi possunt; propter quod in minorem summam recte fideiussor accipietur. Item accepto reo pure, ipse (5) ex die vel sub conditione accipi potest; enimvero si reus sub conditione sit acceptus, fideiussor pure, non obligabitur.

§ 8.—Si quis (6) Stichum stipulatus fuerit, fideiussorem ita acceperit: «Stichum aut decem fide tua (7) iubes?» non obligari fideiussorem Iulianus ait, quia durior eius fit conditio, utpote quum futurum sit, ut mortuo Sticho teneatur. Marcellus autem notat, non (8) ideo tantum non obligari, quia in duriores conditionem acceptus est, sed quia et in aliam potius obligationem acceptus est; denique pro eo, qui decem promiserit (9), non poterit fideiussor ita accipi, ut decem aut Stichum promittat, quamvis eo casu non fit eius durior conditio.

§ 9.—Idem Iulianus ait, si is, qui hominem aut decem dari stipulatus fuerat, fideiussorem ita acceperit: «hominem aut decem, utrum ego velim?» non obligabit eum, quia durior eius conditio facta est.

§ 10.—Contra autem, si is, qui hominem aut decem, utrum ipse stipulator volet, stipulatus est, recte fideiussorem ita accipiet: «decem aut homi-

como no se puede repetir lo pagado, es conveniente que se pueda recibir fiador de esta obligación natural.

8. [9.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XLVII.* — En griego se recibe fiador también de este modo: «mando por mi fe, digo, quiero», ó «quiero con cierta determinación de mi ánimo»; pero también si hubiere dicho «afirmo», será lo mismo que si hubiere dicho «digo».

§ 1.—Además se ha de saber, que se puede dar fiador para toda obligación, ya real, ya verbal, ya consensual.

§ 2.—Se ha de saber que se puede recibir fiador también por el que se obligó por derecho honorario.

§ 3.—Se puede recibir fiador también después de contestada la demanda, porque subsisten así la obligación civil, como la natural; y esto admite también Juliano, y este derecho observamos. Se pregunta, pues, si condenado el reo se podrá utilizar la excepción; porque no se libra de derecho; y si verdaderamente no fué admitido para la acción de cosa juzgada, sino solamente para el seguimiento del litigio, se dirá con muchísima razón que puede él utilizar la excepción; pero si hubiere sido admitido también para toda la causa, dejará de tener lugar la excepción.

§ 4.—Si por el tutor, que fué nombrado en testamento, se hubiere dado fiador, está obligado.

§ 5.—Mas también si la acción naciera de delito, consideramos más cierto que se obliga el fiador.

§ 6.—Y para nadie es dudoso que, en general, se puede recibir fiador de todas las obligaciones.

§ 7.—Esto es común para todos los que se obligan por otros; pero si hubieren sido dados para una obligación más gravosa, se determinó que de ninguna manera quedaban ellos obligados, mas pueden ser admitidos para una obligación más leve; por lo cual válidamente se admitirá fiador para una suma menor. Asimismo, habiendo sido aceptado puramente el deudor, puede aquél ser admitido desde término ó bajo condición; porque si el deudor hubiera sido aceptado bajo condición, y el fiador puramente, no se obligará.

§ 8.—Si alguno hubiere estipulado el esclavo Stico, y hubiere recibido así fiador: «¿encomiendas á tu fianza el esclavo Stico ó los diez?», dice Juliano que no se obliga el fiador, porque se hace más gravosa su condición, como quiera que sucedería que quedaria obligado, muerto Stico. Pero observa Marcelo, que no se obliga no solamente porque fué admitido para una condición más gravosa, sino porque también fué admitido más bien para otra obligación; finalmente, respecto al que hubiere prometido los diez, no se podrá recibir fiador de modo que prometa los diez ó el esclavo Stico, aunque en este caso no se hace más dura su condición.

§ 9.—El mismo Juliano dice, que si el que había estipulado que se diera un esclavo ó la suma de diez, hubiere recibido así fiador: «¿el esclavo ó los diez, según yo quiera?», no lo obligará, porque se hizo más dura su condición.

§ 10.—Mas, al contrario, si el que estipuló un esclavo ó la suma de diez, según el mismo estipulante quisiera, recibirá válidamente fiador de este

(1) ἐγὼ [ego], Hal.

(2) Versión vulgar.

(3) fideiussor, inserta Vulg.

(4) non omnino, Hal.

(5) Véase la nota 3.

(6) qui, conjetura acertadamente Br.

(7) esse, inserta Vulg.

(8) Taur. según la escritura original; non, omítela la corrección del códice Fl., Br.

(9) Taur. según la escritura original; promiserat, la corrección del códice Fl., Br.

nem, utrum tu voles?» fit enim (1), inquit, hoc modo fideiussoris conditio melior.

§ 11.—Sed etsi reum sic interrogavero: «Stichum et Pamphilum?» (2) fideiussorem: «Stichum aut Pamphilum?» recte interrogem, quia levior fideiussoris conditio est.

§ 12.—Pro fideiussore fideiussorem accipi, nequaquam dubium est.

9. [10.] POMPONIO libro XXVI. ad Sabinum.—Fideiussores et in partem pecuniae, et in partem rei recte accipi possunt.

10. [11.] ULPIANUS libro VII. Disputationum.—Si dubitet creditor, an fideiussores solvendo sint, et unus ab eo electus paratus sit offerre cautionem, ut suo periculo confideiussores conveniantur in parte (3), dico audiendum eum esse, ita tamen, et si satisfactiones offerat, et omnes confideiussores, qui idonei esse dicuntur, praesto sint; nec enim semper facilis est nominis emptio, quum numeratio totius debiti non sit in expedito.

§ 1.—Ita demum inter fideiussores dividitur actio, si non infitientur; nam infitiantibus auxilium divisionis non est indulgendum.

§ 2.—Filiusfamilias pro patre poterit fideiubere, nec erit sine effectu haec fideiussio; primo quidem, quod sui iuris effectus poterit teneri in id, quod facere potest, dein (4), quod et dum in potestate manet, condemnari potest. Sed an pater ex hac causa Quod iussu teneatur, videamus. Et puto, ad omnes contractus Quod iussu etiam referri; sed si ignorante patre pro eo fideiusserit, cessat ista actio; tamen, quasi in rem patris verum sit, potest agi cum patre. Plane si is (5) emancipatus solverit, utilis ei actio debet competere; in potestate etiam manenti eadem actio competit, si de peculio castrensi pro patre (6) solverit.

11. [12.] IULIANUS (7) libro XII. Digestorum.—Qui contra Senatusconsultum filiofamilias crediderit, mortuo eo fideiussorem a patre accipere non potest, quia neque civilem, neque honorariam adversus patrem actionem habet, nec est ulla hereditas, cuius nomine fideiussores obligari possent.

12. [13.] IDEM libro XLIII. Digestorum.—Plane eius actionis nomine, quae de peculio adversus eum competit, fideiussore recte accipitur.

13. [14.] IDEM libro XIV. Digestorum.—Si mandatu meo Titio decem credideris, et mecum mandati egeris, non liberabitur Titius; sed ego tibi non aliter condemnari debeo, quam si actiones, quas adversus Titium habes, mihi praestiteris. Item si cum Titio egeris, ego non liberabor, sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod a Titio servare non potueris.

(1) El código Fl., Br.; etenim, Taur.

(2) dare spondes, insertan Hal. Vulg.

(3) periculo caeteri fideiussores conveniantur in partem, Hal.

(4) Taur. según el código Fl., que dice deinde in, Br.

modo: «¿la suma de diez ó el esclavo, según tú quieras?» porque se hace, dice, de este modo mejor la condición del fiador.

§ 11.—Pero aunque yo hubiere interrogado así al deudor: «¿el esclavo Stico y Pámpilo?», interrogaré bien al fiador así: «¿el esclavo Stico ó Pámpilo?», porque es más ligera la obligación del fiador.

§ 12.—De ninguna manera es dudoso que se puede recibir fiador de un fiador.

9. [10.] POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXVI.—Perfectamente se pueden recibir fiadores, tanto por parte de una suma, como por una parte de la cosa.

10. [11.] ULPIANO; Disputas, libro VII.—Si el acreedor dudara si son solventes los fiadores, y elegido uno por él estuviera dispuesto á ofrecer caución, para que á su propio riesgo fueran demandados los co-fiadores respecto á su parte, digo que él ha de ser oído, pero esto así, si ofreciera fianzas, y estuvieran presentes todos los co-fiadores, que se dice que son abonados; porque no siempre es fácil la compra de un crédito, cuando no es expedito el pago de toda la deuda.

§ 1.—La acción se divide entre los fiadores, solamente si ellos no niegan; porque á los que niegan no se les ha de conceder el beneficio de la división.

§ 2.—Un hijo de familia podrá ser fiador por su padre, y no carecerá de efecto esta fianza; en primer lugar ciertamente, porque, hecho de propio derecho, podrá estar obligado á lo que puede hacer; y en segundo lugar, porque aun mientras permanece bajo potestad puede ser condenado. Pero veámos si en virtud de esta causa está obligado el padre por haberlo mandado. Y opino, que la acción de haberlo mandado se refiere también á todos los contratos; pero si ignorándolo el padre hubiere salido fiador por él, deja de tener lugar esta acción; sin embargo, se puede ejercitar acción contra el padre, como si lo hecho se hubiera convertido en provecho del padre. Y á la verdad, si, emancipado aquel, hubiere pagado, le deberá competir la acción útil; la misma acción compete también al que permanece bajo potestad, si de su peculio castrense hubiere pagado por su padre.

11. [12.] JULIANO; Digesto, libro XII.—El que contra el Senadoconsulto hubiere prestado á un hijo de familia, muerto éste, no puede recibir del padre fiador, porque contra el padre no tiene acción ni civil, ni honoraria, ni hay herencia alguna en cuyo nombre se puedan obligar los fiadores.

12. [13.] EL MISMO; Digesto, libro XLIII.—Ciertamente que á nombre de la acción, que respecto al peculio compete contra él, se recibe válidamente fiador.

13. [14.] EL MISMO; Digesto, libro XIV.—Si por mi mandato le hubieres prestado diez á Ticio, y hubieres ejercitado contra mí la acción de mandato, no se librará Ticio; pero yo no deberé ser condenado á tu favor de otra suerte, sino si me hubieres cedido las acciones, que tienes contra Ticio. Asimismo, si hubieres ejercitado la acción contra Ticio, yo no quedaré libre, pero te estaré obligado solamente por lo que no hubieres podido cobrar de Ticio.

(5) Taur. según la escritura original; is, omitela la corrección del código Fl., Br.

(6) parte, Hal.

(7) Ulpianus, Hal.

14. [15.] *IDEM libro XLVII. Digestorum.*—Quum reus promittendi fideiussori suo heres extitit, obligatio fideiussoria perimitur; quid ergo est? tanquam a reo debitum petatur; et si exceptione fideiussori competente usus fuerit, in factum replicatio dari debet, aut doli mali proderit.

15. [16.] *IDEM libro LI. Digestorum.*—Si stipulatus esses a me sine causa, et fideiussorem dedissem, et nollem eum exceptione uti, sed potius solvere, ut mecum mandati iudicio ageret (1), fideiussori, etiam in invito me, exceptio dari debet; interest enim eius, pecuniam retinere potius, quam solutam stipulatori a reo repetere.

§ 1.—Si ex duobus, qui apud te fideiusserant in viginti, alter, ne ab eo peteres, quinque tibi dedit vel promiserit, nec alter liberabitur; etsi ab altero quindecim petere institueris, nulla exceptione summo veris; reliqua autem quinque si a priore fideiussore petere institueris, doli mali exceptione summo veris.

16. [17.] *IDEM libro LIII. Digestorum.*—Fideiussor obligari non potest ei, apud quem reus promittendi obligatus non est. Quare si (2) servus communis Titii et Sempronii nominatim Titio dari stipulatus fuerit, et fideiussorem ita interrogaverit: «Titio aut Sempronio id dare spondes?» Titius quidem petere a fideiussore poterit, Sempronii vero persona in hoc solum interposita videbitur, ut solvi ei ante litem contestatam, et ignorante vel invito Titio, possit.

§ 1.—Qui certo loco dari promisit, aliquatenus duriori conditioni obligatur, quam si pure interrogatus fuisset; nullo enim loco alio, quam in quem promisit, solvere invito stipulatore potest. Quare si reum pure interrogavero, et fideiussorem cum adiectione loci accepero, non obligabitur fideiussor.

§ 2.—Sed et si reus Romae constitutus Capuae dari promiserit, fideiussor Ephesi, perinde non obligabitur fideiussor, ac si reus sub conditione promississet, fideiussor autem in diem certam vel pure promississet.

§ 3.—Fideiussor accipi potest, quoties est aliqua obligatio civilis vel naturalis, cui applicetur.

§ 4.—Naturales obligationes non eo solo aestimantur, si actio aliqua earum (3) nomine competit, verum etiam quum soluta pecunia repeti non potest. Nam licet minus proprie debere dicantur naturales (4) debitores, per abusionem intelligi possunt debitores, et qui ab his pecuniam recipiunt, debitum sibi recepisse.

§ 5.—Stipulatione in diem concepta fideiussor si sub conditione acceptus fuerit, ius eius in pendentia erit, ut, si ante diem conditio impleta fuerit, non obligetur, si concurreret dies et conditio, vel etiam diem conditio secuta fuerit, obligetur.

§ 6.—Quum fideiussor hoc modo acceptus esset: «si reus quadraginta, quae ei credidi (5), non solverit, fide tua esse iubes?» verisimile est id actum,

(1) ageretur, *Hal. Vulg.*

(2) si, considerase añadida por antiguos copistas.

(3) *Vulg.*; eorum, *el códice Fl.*

14. [15.] *EL MISMO; Digesto, libro XLVII.*—Cuando el reo de prometer quedó heredero de su fiador, se extingue la obligación fideyusoria; luego ¿qué se dirá? que se pedirá la deuda como debida por el reo; y si hubiere utilizado la excepción que le compete al fiador, se deberá dar la réplica en cuanto al hecho, ó aprovechará la excepción de dolo malo.

15. [16.] *EL MISMO; Digesto, libro LI.*—Si de mi hubieses estipulado sin causa, y yo hubiese dado fiador, y no quisiera que él utilizara la excepción, sino más bien que pagara, para que ejercitara contra mí la acción de mandato, se le debe dar al fiador la excepción aun contra mi voluntad; porque le interesa retener el dinero más que repetir del deudor el pagado al estipulante.

§ 1.—Si de dos, que ante tí habían salido fiadores por veinte, uno, para que no le pidieras, te hubiere dado ó prometido cinco, no quedará libre el otro; y si hubieses determinado pedirle al otro quinque, no serás rechazado con ninguna excepción; pero si hubieses intentado pedirle los otros cinco al primer fiador, serás repelido con la excepción de dolo malo.

16. [17.] *EL MISMO; Digesto, libro LIII.*—El fiador no se puede obligar á aquel respecto al cual no está obligado el reo de prometer. Por lo cual, si un esclavo común, de Ticio y de Sempronio, hubiere estipulado que se le dé determinado á Ticio, y hubiere interrogado así al fiador: «¿prometes darle esto á Ticio ó á Sempronio?» ciertamente que Ticio podrá pedirle al fiador, y que la persona de Sempronio se considerará interpuesta solamente para esto, para que se le pueda pagar antes de ser contestada la demanda, ó ignorándolo Ticio ó contra su voluntad.

§ 1.—El que prometió que dará en cierto lugar, en cierto modo se obliga á una condición más dura que si hubiese sido interrogado puramente; porque no puede pagar contra la voluntad del estipulante en ningún otro lugar sino en el que prometió. Por lo cual, si yo hubiere interrogado puramente al deudor, y hubiere admitido fiador con la adición de lugar, no se obligará el fiador.

§ 2.—Pero si el deudor constituido en Roma hubiere prometido dar en Capua, y el fiador en Efeso, no se obligará el fiador, no de otra suerte que si el reo hubiese prometido bajo condición, pero el fiador hubiese prometido á cierto término ó puramente.

§ 3.—Se puede recibir fiador siempre que hay alguna obligación civil ó natural á la que sea aplicado.

§ 4.—Las obligaciones se estiman naturales no solamente si por razón de las mismas compete alguna acción, sino también cuando no se puede repetir el dinero pagado. Porque aunque impropriamente se diga que deben los deudores naturales, se puede entender por corruptela que son deudores, y que los que de ellos reciben el dinero recibieron lo que se les debía.

§ 5.—Si bajo condición se hubiere recibido fiador en una estipulación concebida á término, estará en suspenso su derecho, á fin de que, si la condición se hubiere cumplido antes del término, no esté obligado, y si concurrieren el término y la condición, ó aun si la condición hubiere seguido al término, se obligue.

§ 6.—Cuando se hubiese recibido fiador de este modo: «si el reo no hubiere pagado los cuarenta, que le presté, mandarás que queden bajo tú fian-

(4) naturalis actionis debitores, *Hal. Vulg.*

(5) *Hal. Vulg.*; quae ei credidit, *el códice Fl.*

ut, quum appellatus (1) reus non solvisset, fideiussor teneretur; sed et si reus, antequam appellaretur (2), decessisset, fideiussor obligatus erit, quia hoc quoque casu verum esse, reum non solvisse.

17. [18.] IDEM libro LXXXIX. Digestorum. — Fideiussoribus succurri solet, ut stipulator compellatur ei, qui solidum solvere paratus est, vendere (3) ceterorum nomina.

18. [19.] IDEM libro XC. Digestorum. — Qui debitorem suum delegat, pecuniam dare intelligitur, quanta ei debetur; et ideo si fideiussor debitorem suum delegaverit, quamvis eum, qui solvendo non erat, confestim mandati agere potest.

19. [20.] IDEM libro IV. ex Minicio. — Servus inscio domino pro quodam fideiusserat, et eo nomine pecuniam solverat; quaerebatur, dominus possetne ab eo, cui soluta esset, repetere. Respondit, interest, quo nomine fideiusserit; nam si ex causa peculiari fideiussit, tunc id, quod ex peculio solverit, repetere dominus non poterit, quod (4) ex dominica causa solverit, vindicabitur; si vero extra causam peculii fideiusserit, quod ex pecunia dominica solverit, aequè vindicabitur, quod ex peculio, condici poterit.

20. [21.] JAVOLENUS libro XIII. Epistolarum. — Sed et si servi dominus pecuniam solverit, repetere eam non ab eo, pro quo fideiussit, sed ab eo, cui numeravit, poterit, quum servus fideiussionis nomine obligari non possit. Sequitur ergo, ut ab eo, pro quo fideiusserat, repeti non possit (5), quum ipse (6) aere alieno obligatus sit, nec solutione liberari eius pecuniae nomine potuerit, cuius obligatio ad servum non pertinuit.

21. [22.] AFRICANUS libro VII. Quaestionum. — Heres a debitore hereditario fideiussorem accepit, deinde hereditatem ex Trebelliano restituit; fideiussoris obligationem in suo statu manere ait. Idemque in hac causa servandum, quod servaretur, quum heres, contra quem emancipatus filius bonorum possessionem accepit, fideiussorem accepit. Ideoque in utraque specie transeunt actiones.

§ 1. — Non est novum, ut fideiussor duabus obligationibus (7) eiusdem pecuniae nomine teneatur; nam si in diem acceptus mox pure accipiatur, ex utraque obligatur; et si fideiussor confideiussori heres extiterit, idem erit.

§ 2. — Servo tuo pecuniam credidi, eum tu manumisisti, deinde eundem fideiussorem accepi; si quidem in eam obligationem fideiubeat, quae adversus te intra annum sit, obligari eum ait; sin vero in naturalem suam, potius, ut nihil agatur; non enim intelligi posse, ut quis pro se fideiubendo obligetur.

za? es verosímil que se contrató, que, cuando requerido el reo no hubiese pagado, quedará obligado el fiador; pero también si el reo hubiese fallecido antes que fuera requerido, estará obligado el fiador, porque también en este caso es verdad que el reo no pagó.

17. [18.] EL MISMO; Digesto, libro LXXXIX. — Se les suele auxiliar á los fiadores, para que el estipulante sea compelido á vender los créditos de los demás al que esté dispuesto á pagar la totalidad.

18. [19.] EL MISMO; Digesto, libro XC. — El que delega un deudor suyo se entiende que da tanto dinero cuanto á el se le debe; y por lo tanto, si el fiador hubiere delegado un deudor suyo, aunque sea uno que no fuese solvente, puede ejercitar desde luego la acción de mandato.

19. [20.] EL MISMO; Doctrina de Minicio, libro IV. — Un esclavo había salido fiador por cierto individuo contra la voluntad de su señor, y había pagado por tal motivo una cantidad; se preguntaba, si podría el dueño répetirla de aquel á quien hubiese sido pagada. Respondió, que importa saber por qué motivo fué fiador; porque si fué fiador por causa perteneciente al peculio, en este caso no podrá el dueño repetir lo que hubiere pagado del peculio, y se reivindicará lo que hubiere pagado por causa propia del señor; mas si hubiere salido fiador por causa ajena al peculio, se reivindicará igualmente lo que hubiere pagado con dinero del señor, y se podrá reclamar por la condición lo que con dinero del peculio.

20. [21.] JAVOLENO; Epistolas, libro XIII. — Pero si el dueño del esclavo hubiere pagado una cantidad, podrá repetiría no de aquel por quien salió fiador, sino de aquel á quien la entregó, porque el esclavo no se puede obligar á título de fianzamiento. Se sigue, pues, que no podrá ser repetida de aquel por quien había salido fiador, porque él mismo estaba obligado por una deuda ajena, y no habrá podido librarse con el pago por razón de una cantidad, cuya obligación no le perteneció al esclavo.

21. [22.] AFRICANO; Cuestiones, libro VII. — Un heredero recibió fiador de un deudor de la herencia, y después restituyó la herencia en virtud del senadoconsulto Trebelliano; dijo que la obligación del fiador permanecía en su propio estado. Y en este caso se ha de observar lo mismo que se observaría cuando el heredero, contra quien el hijo emancipado recibió la posesión de los bienes, aceptó fiador. Y por esto en uno y otro caso se transfieren las acciones.

§ 1. — No es nuevo que un fiador esté sujeto á dos obligaciones por razón de una misma cantidad; porque si habiendo sido recibido á término fuera después admitido puramente, se obliga por razón de ambas obligaciones; y lo mismo será si el fiador hubiere quedado heredero de su co-fiador.

§ 2. — Le presté dinero á un esclavo tuyo, lo manumisiste, y después recibí al mismo como fiador; si verdaderamente fuera fiador para aquella obligación que hubiera contra tí dentro de un año, dijo que él estaba obligado; pero que si por una natural suya, es más cierto que no se hace nada; porque

(1) interpellatus, Vulg.
 (2) interpellaretur, Vulg.
 (3) cedere, Hal.
 (4) si, insertan Hal. Vulg.

(5) Hal. Vulg.; posset, et códice Fl.
 (6) pro quo solverit, inserta Vulg.
 (7) actionibus, Vulg.

Quodsi hic servus manumissus (1) fideiussori suo heres existat, durare causam fideiussionis putavit; et tamen nihilominus naturalem obligationem mansuram, ut, si obligatio civilis pereat, solum repetere non possit; nec his contrarium esse, quod, quum reus fideiussori heres existat, fideiussoria obligatio tollatur, quia tunc duplex obligatio civilis cum eodem esse non potest. Retro quoque si fideiussor servo manumisso heres extiterit, eadem adversus eum obligatio manet, quamvis et naturaliter teneatur, nec pro se quis fideiubere possit.

§ 3.—Quodsi stipulator reum heredem instituerit, omnimodo fideiussoris obligationem perimit (2), sive civilis, sive tantum naturalis in reum fuisset, quoniam quidem nemo potest apud eundem pro (3) ipso obligatus esse. Quodsi idem stipulator fideiussorem heredem scripserit, proculdubio solam fideiussoris obligationem perimit (4). Argumentum rei: quod, si possessio rerum debitoris data sit creditori, aequè dicendum est, fideiussorem manere obligatum.

§ 4.—Quum et (5) tu, et Titius eiusdem pecuniae rei essetis, eum, qui pro te fideiussit, posse et pro Titio fideiubere, respondit, quamvis eandem pecuniam eidem debiturus sit. Nec tamen inanem eam creditori futuram, nonnullis enim casibus emolumentum habituram, veluti si ei, pro quo ante fideiussisset, heres existat; tunc enim confusa prima obligatione posteriorem duraturam.

§ 5.—Quum fideiussor reo stipulandi heres extiterit, quaeritur, an, quasi ipse a se exegerit, habeat adversus reum mandati actionem. Respondit, quum reus obligatus maneat, non posse intelligi, ipsum a se fideiussorem pecuniam exegisse; itaque ex stipulatu potius, quam mandati agere debet.

22. [23.] FLORENTINUS libro VIII. *Institutio-num*. — Mortuo reo promittendi et ante aditam hereditatem fideiussor accipi potest, quia hereditas personae vice fungitur, sicuti municipium, et decuria (6), et societas.

23. [24.] MARCIANUS libro IV. *Regularum*. — Si mihi aut Titio decem stipulatus fuero (7), Titius fideiussorem (8) accipere non potest, quia solutionis tantum causa adiectus est.

24. [25.] MARCELLUS libro singulari *Responsorum*. — Lucius Titius, quum pro Seio, fratre suo, apud Septicium intervenire vellet, epistolam ita emisit: «si petierit a te frater meus, peto des ei numos fide et periculo meo»; post quam epistolam Septicius Seio pecuniam numeravit, deinde Titius inter reliquos (9) et Seium fratrem pro tertia parte reliquit heredem; quaero, an, quia adversus Seium debitorem Septicii confusa sit actio pro tertia parte, qua Titio fratri suo heres extitit, cum coheredibus eius agere in solidum possit. Marcellus respon-

no se puede entender que nadie se obligue saliendo fiador de sí mismo. Pero si este esclavo manumitido quedara heredero de su propio fiador, opinó que subsistía la causa de la fianza, y que había de permanecer no obstante la obligación natural, de suerte que si se extinguiera la obligación civil no podría repetir lo pagado; y no es contrario á esto que cuando el reo quede heredero del fiador se extingue la obligación fideiussoria, porque en este caso no puede haber contra el mismo una doble obligación civil. Por el contrario, también si el fiador hubiere quedado heredero de un esclavo manumitido, subsiste contra él la misma obligación aunque esté obligado también naturalmente, y uno no pueda salir fiador por sí mismo.

§ 3.—Pero si el estipulante hubiere instituido heredero al reo, extingue de todos modos la obligación del fiador, ya si hubiese sido civil, ya si solamente natural contra el reo, porque ciertamente nadie puede estar obligado á otro por él mismo. Mas si el mismo estipulante hubiere instituido heredero al fiador, extingue sin duda alguna solamente la obligación del fiador. Es prueba de esto, que, si al acreedor se le hubiera dado la posesión de los bienes del deudor, se ha de decir igualmente, que el fiador permanece obligado.

§ 4.—Siendo tú y Ticio deudores de una misma cantidad, respondió, que el que salió fiador por tí puede ser fiador también por Ticio, aunque haya de deber la misma cantidad á uno mismo. Y no habrá de serle, sin embargo, inútil esta fianza al acreedor, porque en algunos casos tendrá utilidad, por ejemplo, si quedara él siendo heredero de aquel por quien antes hubiese salido fiador; porque entonces, confundida la primera obligación, subsistirá la segunda.

§ 5.—Cuando el fiador hubiere quedado heredero del reo de estipular, se pregunta, si, como si él hubiere cobrado de sí mismo, tendrá la acción de mandato contra el reo. Respondió, que, como el reo permanece obligado, no se puede entender que el mismo fiador haya cobrado el dinero de sí mismo; y así, más bien deberá ejercitar la acción de lo estipulado que la de mandato.

22. [23.] FLORENTINO; *Instituciones, libro VIII*. — Fallecido el reo de prometer se puede recibir fiador aun antes de haber sido adida la herencia, porque la herencia hace las veces de persona, así como el municipio, la decuria y la sociedad.

23. [24.] MARCIANO; *Reglas, libro IV*. — Si yo hubiere estipulado diez para mí ó para Ticio, Ticio no puede recibir fiador, porque fué agregado solamente por causa del pago.

24. [25.] MARCELO; *Respuestas, libro único*. — Lucio Ticio, queriendo ser fiador respecto á Septicio por Seyo, hermano suyo, envió una carta en estos términos: «si mi hermano te lo pidiere, te pido que le des dinero de mi cuenta y riesgo»; después de cuya carta Septicio le entregó dinero á Seyo, y luego Ticio dejó entre otros heredero de la tercera parte también á su hermano Seyo; preguntado, si, habiéndose confundido la acción contra Seyo, deudor de Ticio, en cuanto á la tercera parte, en que quedó heredero de su hermano Ticio, podrá

(1) fideiussorem dederit, deinde, inserta Hal.

(2) Hal. Vulg.; paremit, el códice Fl.

(3) se, insertan Hal. Vulg.

(4) Véase la nota 2.

(5) Taur. según la escritura original; et, omitela la corrección del códice Fl.

(6) curia, Hal. Vulg.

(7) Taur.; fuerit, el códice Fl., Br.

(8) Taur. según corrección del códice Fl.; fideiussor, la escritura original, Br.

(9) heredes, inserta Vulg.

dit, cum coherede (1) Seii non pro maiore, quam hereditaria parte, mandati agi posse.

25. [26.] ULPIANUS libro XI. ad Edictum.— Marcellus scribit, si quis pro pupillo sine tutoris auctoritate obligato, prodigove vel furioso fideiusserit, magis esse, ut ei non subveniatur, quoniam his mandati actio non competit.

26. [27.] GAIUS (2) libro VIII. ad Edictum provinciale.— Inter fideiussores non ipso iure dividitur obligatio (3) ex Epistola divi Hadriani; et ideo si quis eorum ante exactam a se partem sine herede decesserit, vel ad inopiam pervenerit, pars eius ad ceterorum onus respicit.

27. [28.] ULPIANUS libro XXII. ad Edictum.— Si plures sint fideiussores, unus pure, alius in diem vel sub conditione (4) acceptus, succurri oportet ei, qui pure acceptus est, dum existere conditio potest, scilicet ut interim in virilem conveniatur; sed si, quum conditio extitit, non est solvendo qui sub conditione acceptus est, restituendam actionem in pure acceptum Pomponius scribit.

§ 1.—Praeterea si fideiussor (5) extiterit fideiussori, sive plures, aequae hic quoque pertinebit ad eandem causam; in quorum persona aequae locum habebunt ea, quae sunt a Divo Hadriano constituta.

§ 2.—Praeterea si quaeratur, an solvendo sit principalis fideiussor, etiam vires sequentis fideiussoris ei aggregandae sunt.

§ 3.—Sicut ipsi fideiussori, ita heredibus quoque eorum succurrendum, Pomponius scribit.

§ 4.—Si fideiussor fuerit principalis et fideiussor fideiussoris, non poterit desiderare fideiussor, ut inter se et eum fideiussorem, pro quo fideiussit, dividatur obligatio; ille enim loco rei est, nec potest reus desiderare, ut inter se et fideiussorem dividatur obligatio. Proinde si ex duobus fideiussoribus alter fideiussorem dederit, adversus eum quidem non dividitur obligatio, pro quo intervenit, adversus confideiussorem magis est, ut dividatur.

28. [29.] PAULUS (6) libro XXV. ad Edictum.— Si contendat fideiussor, ceteros solvendo esse, etiam exceptionem ei dandam, «si non et illi solvendo sint».

29. [30.] IDEM libro XVIII. ad Edictum.— Si sub impossibili conditione stipulatus sim, fideiussor adhiberi non potest.

30. [31.] GAIUS libro V. ad Edictum provinciale.— Fideiubere pro alio potest quisque, etiamsi promissor ignoret.

31. [32.] ULPIANUS libro XXIII. ad Edictum.— Si fideiussor, vel quis alius pro reo ante diem creditori solverit, expectare debet diem, quo eum solvere oportuit.

ejercitar contra sus coherederos la acción por la totalidad. Marcelo respondió, que contra el coheredero de Seyo no se podía ejercitar la acción de mandato por una parte mayor que la de la herencia.

25. [26.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XI.* — Escribe Marcelo, que si alguno hubiere salido fiador por un pupilo obligado sin la autoridad del tutor, ó por un pródigo, ó por un furioso, es más cierto que no se le auxilia, porque á éstos no les compete la acción de mandato.

26. [27.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro VIII.* — En virtud de Epistola del Divino Adriano no se divide de derecho la obligación entre los fiadores; y por lo tanto, si alguno de éstos hubiere fallecido sin heredero antes de habersele cobrado su parte, ó hubiere llegado á pobreza, su parte corresponde á cargo de los demás.

27. [28.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXII.* — Si hubiera muchos fiadores, uno aceptado puramente, y otro á término ó bajo condición, debe auxiliarse al que fué admitido puramente, mientras se puede cumplir la condición, á saber, para que entretanto sea demandado por una porción viril; pero si cuando se cumplió la condición no es solvente el que fué admitido bajo condición, escribe Pomponio, que se ha de restituir la acción contra el que fué aceptado puramente.

§ 1.—Además de esto, si hubiere fiador, ó fiadores, del fiador, también él ó ellos estarán igualmente sujetos á la misma causa; y respecto á la persona de los mismos tendrá igualmente lugar lo que se dispuso por el Divino Adriano.

§ 2.—Además, si se dudara si es solvente el fiador principal, se le habrán de agregar también los bienes del segundo fiador.

§ 3.—Escribe Pomponio, que, así como al mismo fiador, se ha de auxiliar también á sus herederos.

§ 4.—Si hubiere un fiador principal y fiador del fiador, no podrá pretender el fiador que la obligación se divida entre él y el fiador por quien afianzó; porque él está en el lugar del reo, y el reo no puede pretender que la obligación se divida entre él y su fiador. Por lo cual, si de dos fiadores, uno hubiere dado fiador, ciertamente no se divide la obligación contra aquel por el cual afianzó, y es más cierto que se divide contra el co-fiador.

28. [29.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.* — Si el fiador sostuviera que los demás son solventes, se le ha de dar también la excepción de «si también ellos no fueran solventes».

29. [30.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XVIII.* — Si yo hubiera estipulado bajo condición imposible, no se puede dar fiador.

30. [31.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro V.* — Cualquiera puede ser fiador por otro, aunque lo ignore el prometedor.

31. [32.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIII.* — Si el fiador, ó otro cualquiera hubiere pagado por el deudor al acreedor antes del término, deberá esperar el término en que él debió pagar.

(1) coheredibus, *Vulg.*

(2) Paulus, *Hal.*

(3) sed, insertan otros en *Hal.*

(4) Según corrección del códice *Fl.*; conditionem, *Taur.* según la escritura original, *Br.*

(5) heres, inserta *Vulg.*

(6) Gaius, *Hal. Vulg.*

32. [33.] *IDEM libro LXXVI. ad Edictum.*—Ex persona rei, et quidem invito reo, exceptio et cetera rei commoda fideiussori ceterisque accessionibus competere potest (1).

33. [34.] *IDEM libro LXXVII. ad Edictum.*—Si eum hominem, quem a Titio petieram, pro quo satis de lite acceperam, Titius liberum heredemque reliquerit, si quidem re vera ipsius fuit, dicendum est, iudicium in eum transferri, et si non patiat id fieri, committi stipulationem; si autem meus petitoris (2) fuit, neque iussu meo hereditatem adierit, fideiussores tenebuntur ob rem non defensam; si autem adierit me iubente, stipulatio evanescit. Plane si meus fuerit, et idcirco differam aditionem, ut, quum vicero, tunc eum iubeam adire, et interim ob rem non defensam agere velim, non committitur stipulatio, quia vir bonus non arbitraretur.

34. [35.] *PAULUS libro LXXII. ad Edictum.*—Hi, qui accessionis loco promittunt, in leviolem causam accipi possunt, in deteriorem non possunt. Ideo si a reo mihi stipulatus sim, a fideiussore mihi aut Titio, meliorem causam esse fideiussoris Iulianus putat, quia potest vel Titio solvere; quod si a reo mihi aut Titio stipulatus, a fideiussore mihi tantum interrogem, in deteriorem causam acceptum fideiussorem Iulianus ait. Quid ergo, si a reo Stichum aut Pamphilum, a fideiussore Stichum interrogem, utrum in deteriorem causam acceptus est sublata electione, an in meliorem? Quod et verum est, quia mortuo eo liberari potest.

35. [36.] *IDEM libro II. ad Plautium.*—Quum fideiubeat aliquis pro servo, in solidum tenetur, etiamsi nihil in peculio sit; plane si pro demino fideiubeat, cum quo de peculio est actio (3), duntaxat de peculio tenebitur, quod tunc erit, quum res iudicatur.

36. [37.] *IDEM libro XIV. ad Plautium.*—Quum is, qui et reum, et fideiussores habet (4), ab uno ex fideiussoribus accepta pecunia praestat actiones, poterit quidem dici, nullas iam esse, quum suum perceperit, et perceptione omnes liberati sunt. Sed non ita est; non enim in solutum accepit (5), sed quodammodo nomen debitoris vendidit; et ideo habet actiones, quia tenetur ad id ipsum, ut praestet actiones.

37. [38.] *IDEM libro XVII. ad Plautium.*—Si quis, postquam tempore transacto liberatus est, fideiussorem dederit, fideiussor non tenetur, quoniam erroris fideiussio nulla est.

38. [39.] *MARCELLUS libro XX. Digestorum.*—

(1) possunt, *Hal. Vulg.*

(2) homo meus, id est petitoris, *Vulg.*

(3) *Hal. Vulg.*; actio, omitela el código *Fl.*

32. [33.] *EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXVI.*—Por razón de la persona del deudor, y ciertamente contra la voluntad del deudor, pueden competeries al fiador y á los demás agregados la excepción y los demás beneficios que al deudor.

33. [34.] *EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXVII.*—Si al esclavo, que yo le había pedido á Ticio, por el cual yo había recibido fianza respecto á litigio, lo hubiere dejado Ticio libre y heredero, se ha de decir, si verdaderamente fué de él mismo, que se transfiere contra él el juicio, y que, si no consintiera que se haga esto, se incurre en la estipulación; pero si era mío el del demandante, y no hubiere adido por mandato mío la herencia, estarán obligados los fiadores por razón de no haber defendido el negocio; mas si la hubiere adido mandándoselo yo, se extingue la estipulación. Pero si hubiere sido mío, y yo difiriese la adición para mandarle que ada la herencia cuando yo hubiere vencido, y mientras tanto yo quisiera ejercitar acción por no haber sido defendido el negocio, no se incurre en la estipulación, porque no lo estimaría á su arbitrio un hombre bueno.

34. [35.] *PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXXII.*—Los que prometen en lugar de adjunto pueden ser admitidos para una causa más leve, y no pueden serlo para otra más onerosa. Y por esto, si del deudor hubiera yo estipulado para mí, y del fiador para mí ó para Ticio, opina Juliano que es mejor la causa del fiador, porque puede pagar aun á Ticio; pero si habiendo estipulado del deudor para mí ó para Ticio, yo le interrogara al fiador solamente en cuanto á mí, dice Juliano, que el fiador fué admitido para una causa más gravosa. Luego ¿qué se dirá si yo le interrogara al reo respecto á Stico ó á Pánfilo y al fiador respecto á Stico? ¿Acaso fué aceptado para una causa más gravosa por haberse quitado la elección, ó para otra mejor? Lo que también es verdad, porque muriendo aquél puede él quedar libre.

35. [36.] *EL MISMO; Comentarios á Plautio, libro II.*—Cuando alguno sale fiador por un esclavo está obligado á la totalidad, aunque no haya nada en el peculio; pero si saliera fiador por el dueño, contra el cual hay la acción de peculio, se obligará solamente en cuanto al peculio que hubiere cuando es juzgado el negocio.

36. [37.] *EL MISMO; Comentarios á Plautio, libro XIV.*—Cuando el que tiene deudor y fiadores cede las acciones habiendo recibido de uno de los fiadores el dinero, se podrá ciertamente decir que ya son nulas, porque habrá percibido lo suyo, y todos quedaron libres con la percepción. Pero esto no es así; porque no recibió en pago, sino que en cierto modo vendió el crédito del deudor; y por esto tiene las acciones, porque está obligado á esto mismo, á ceder las acciones.

37. [38.] *EL MISMO; Comentarios á Plautio, libro XVII.*—Si alguno, después que quedó libre por haber transcurrido el tiempo, hubiere dado fiador, no está obligado el fiador, porque es nula la fianza dada por error.

38. [39.] *MARCELO; Digesto, libro XX.*—Si yo

(4) *Vulg.*; habens, el código *Fl.*

(5) *Hal. Vulg.*; accipit, el código *Fl.*

Si Stichum aut Pamphilum stipulatus essem, utrum promissor voluisset, non possum fideiussorem ita accipere Stichum aut Pamphilum, utrum fideiussor vellet, quia futurum esset in eius potestate, alium velle, quam reus voluisset.

§ 1.—A Titio, qui mihi ex testamento sub conditione decem debuit, fideiussorem accepi, et ei heres extiti; deinde conditio legati extitit; quaero, an fideiussor mihi teneatur. Respondit, si ei, a quo tibi erat sub conditione legatum, quum ab eo fideiussorem accepisses, heres extiteris, non poteris habere fideiussorem obligatum, quia nec reus est, pro quo debeat, sed nec res ulla, quae possit deberi.

39. [40.] *MODESTINUS libro II. Regularum.*— Ut fideiussor adversus confideiussorem suum agat, danda actio non est; ideoque si ex duobus fideiussoribus eiusdem quantitatis, quum alter electus a creditore totum exsolverit (1), nec ei cessae sint actiones, alter nec a creditore, nec a confideiussore convenietur.

40. [41.] *IDEM libro III. Regularum.*— Quum duo rei constituti sunt, sive ab utroque, sive ab alterutro fideiussor datus fuerit, in solidum recte accipietur.

41. [42.] *IDEM libro XIII. Responsorum respondit:* Si fideiussores in id accepti sunt, quod a curatore servari non possit, et post impletam legitimam aetatem tam ab ipso curatore, quam ab heredibus eius solidum servari potuit, et cessante eo, qui pupillus fuit, solvendo esse desierit, non temere utilem in fideiussores actionem competere.

§ 1.—Idem respondit, si in solidum condemnatus est unus ex mandatoribus, quum iudicati conveniri coeperit, posse eum desiderare, ut adversus eos, qui idem mandaverunt, actiones sibi mandentur.

42. [43.] *JAVOLENUS libro (2) X. Epistolarum.*— Si ita fideiussorem accepero: «quod ego decem credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide tua esse iubes?» non obligatur fideiussor, quia in aliam rem, quam quae credita est, fideiussor obligari non potest; quia non ut aestimatio rerum, quae mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque merce aestimanda est.

43. [44.] *POMPONIUS libro VII. ex variis Lectionibus.*— Si a Titio stipulatus fideiussorem te acceperim, deinde eandem pecuniam ab alio stipulatus alium fideiussorem accipiam, confideiussores non erunt, quia diversarum stipulationum fideiussores sunt.

44. [45.] *JAVOLENUS libro XI. Epistolarum.*— Stipulatus es, opus arbitrato tuo ante certam diem fieri, quodsi effectum non esset, quanti, ut efficiatur opus, locasses, tanti fideiussores cepisti, et quia opus effectum non erat, alii locasti, et quum posterior conductor satis non daret, ipse opus fecisti; quaero, an fideiussor teneatur. Respondit: secun-

hubiese estipulado á Stico ó Pánfilo, el que de los dos hubiese querido el prometedor, no puedo recibir fiador respecto á Stico ó á Pánfilo, el que de los dos quiera el fiador, porque habria de estar á su arbitrio querer otro distinto del que hubiese querido el deudor.

§ 1.—Recibi fiador de Ticio, que bajo condición me debia diez en virtud de testamento, y quedé heredero de él; después se cumplió la condición del legado; pregunto, si el fiador me estará obligado. Respondió, que si hubieres quedado heredero de aquel á cuyo cargo se te habia hecho bajo condición el legado, cuando hubieses recibido de él el fiador, no podrás tener obligado al fiador, porque ni hay deudor por quien deba, ni cosa alguna que pueda ser debida.

39. [40.] *MODESTINO; Reglas, libro II.*— No se ha de dar acción para que el fiador reclame contra su co-fiador; y por esto, de dos fiadores de una misma cantidad, cuando elegido uno por el acreedor hubiere pagado la totalidad, y á él no le hubieran sido cedidas las acciones, el otro no será demandado por el acreedor, ni por el co-fiador.

40. [41.] *EL MISMO; Reglas, libro III.*— Cuando se constituyeron dos reos, ya si por ambos, ya si por uno de los dos hubiere sido dado fiador, será válidamente admitido por la totalidad.

41. [42.] *EL MISMO respondió; Respuestas, libro XIII.*— Si los fiadores fueron recibidos por lo que no se pudiera cobrar de un curador, y después de cumplida la edad legal se pudo cobrar la totalidad tanto del mismo curador, como de sus herederos, y, dejando de hacerlo el que habia sido pupilo, aquél hubiere dejado de ser solvente, no sin fundamento compete la acción útil contra los fiadores.

§ 1.—El mismo respondió, que si uno de los mandantes fué condenado á la totalidad podia él pretender, cuando hubiere comenzado á ser demandado por la cosa juzgada, que se le cedan las acciones contra los que mandaron aquello mismo.

42. [43.] *JAVOLENO; Epistolas, libro X.*— Si yo hubiere recibido así fiador: «habiendo yo prestado diez, mandas que queden bajo tu fianza mil modios de trigo por aquel dinero?» no se obliga el fiador, porque el fiador no puede obligarse por otra cosa que por la que fué prestada; porque el dinero no ha de ser estimado también como mercancía, así como la estimación de las cosas, que se consideran en el número de las mercancías, se puede hacer en dinero contante.

43. [44.] *POMPONIO; Materias varias, libro VII.*— Si habiendo estipulado de Ticio te hubiere yo admitido como fiador, y después, habiendo estipulado de otro el mismo dinero, yo recibiera el mismo fiador, no serán co-fiadores, porque son fiadores de diversas estipulaciones.

44. [45.] *JAVOLENO; Epistolas, libro XI.*— Estipulaste que á tu arbitrio se hiciera una obra antes de cierto dia, pero, por si no se hubiese hecho, recibiste fiadores por tanto cuanto pagaste de arrendamiento para que se hiciera la obra; y como la obra no habia sido hecha, se la diste en arrendamiento á otro, y como el segundo arrendatario no

(1) *Hal. Vulg.; exsolvet, el códice Fl.*

(2) *Taur. según corrección del códice Fl.; primo, inserta la escritura original, Br.*

dum ea verba stipulationis, quae a te proposita sunt, fideiussores non tenentur; non enim id fecisti, quod in stipulatione convenerat, id est, opus alii non locasti, tametsi postea locasti; ea enim locatio, quam secutus (1) es, perinde est, ac si interposita non esset, etsi statim tu opus facere coepisses.

45. [46.] SCAEVOLA libro VI. Digestorum. — Fideiussor pro venditore fundorum duorum (2) altero evicto conventus ab emptore condemnatus est in (3) certam quantitatem; quaesitum est, an cum herede venditoris ante diem, quo iudicatum facere compelleretur, agere possit. Respondit, agere quidem posse, sed ex iusta causa ad officium iudicis pertinere, quo fideiussor aut defendatur, aut liberaretur.

46. [47.] IAVOLENUS libro X. ex Posterioribus Labeonis. — Quum lex venditionibus occurrere voluerit, fideiussor quoque liberatur eo magis, quod per eiusmodi actionem ad reum pervenitur.

47. [48.] PAPINIUS libro IX. (4) Quaestionum. — Si debitori deportatio irrogata est, non posse pro eo fideiussorem accipi, scribit Iulianus, quasi tota obligatio contra eum extincta sit.

§ 1. — Si filius in causa peculiari ita fideiussorem acceperit: «quantam pecuniam credidero, fide tua esse iubes?» et emancipatus credat, patri quidem, si non est reus obligatus, (5) non tenebitur, filio vero humanitatis intuitu obnoxius esse debet.

48. [49.] IDEM libro X. Quaestionum. — Si Titius et Seia pro Maevio fideiusserint, subducta muliere dabimus in solidum adversus Titium actionem, quum scire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem frustra intercedere.

§ 1. — Huic similis et illa quaestio videri potest, ob aetatem si restituatur in integrum unus fideiussor, an alter onus obligationis (6) integrum excipere debeat. Sed ita demum alteri totum irrogandum est, si postea minor intercessit, propter incertum aetatis ac restitutionis. Quodsi dolo creditoris inductus sit minor, ut fideiubeat, non magis creditori succurrendum erit adversus confideiussorem, quam si facta novatione circumvento minore consideraret, in veterem debitorem utilem actionem sibi dari (7).

49. [50.] IDEM libro XXVII. Quaestionum. — Si testamento liberatum debitorem heres omittat, fideiussorem autem eius conveniat, proderit exceptio doli fideiussori propter improbitatem heredis, quae prodesse reo debuerat, si conveniretur.

§ 1. — Ex duobus fideiussoris heredibus si per errorem alter solidum exsolvat, quidam putant

dió fianza, tú mismo hiciste la obra; pregunto, si estará obligado el fiador. Respondió: según las palabras de la estipulación, que por tí se han expuesto, no están obligados los fiadores; porque no hiciste lo que se había convenido en la estipulación, esto es, no diste en arrendamiento la obra á otro, aunque después la diste en arrendamiento; pues el arrendamiento á que te atuviste es lo mismo que si no hubiese sido hecho, aunque tú hayas comenzado á hacer inmediatamente la obra.

45. [46.] SCAEVOLA; Digesto, libro VI.—El fiador del vendedor de dos fundos, habiéndose hecho evicción de uno, fué demandado por el comprador, y condenado á cierta cantidad; se preguntó, si podría ejercitar acción contra el heredero del vendedor antes del día en que fuese compelido á ejecutar lo juzgado. Respondió, que ciertamente podía ejercitarla, pero que correspondía al ministerio del juez por justa causa que el fiador fuese defendido, ó quedara libre.

46. [47.] IAVOLENO; Doctrina de las obras póstumas de Labeon, libro X.—Cuando la ley ha querido impedir las ventas, queda también libre el fiador, con tanta más razón, cuanto que por medio de esta acción se llega al deudor principal.

47. [48.] PAPINIANO; Cuestiones, libro IX. — Si al deudor le fué impuesta la deportación, escribe Juliano, que no se puede recibir fiador por él, como si se hubiera extinguido toda la obligación contra él.

§ 1.—Si el hijo hubiere recibido en negocio perteneciente al peculio fiador en esta forma: «dispones que quede bajo tu fianza cuanto dinero yo hubiere prestado?» y lo prestase después de emancipado, no estará obligado ciertamente al padre, si no está obligado como deudor, pero debe estar obligado al hijo por consideración de humanidad.

48. [49.] EL MISMO; Cuestiones, libro X.—Si Ticio y Seia hubieren salido fiadores por Mevio, daremos, prescindiendo de la mujer, acción por la totalidad contra Ticio, porque pudo saber, ó no debió ignorar, que la mujer en vano sale fiadora.

§ 1.—Semejante á esta es también la cuestión de si uno de los fiadores fuera restituído por entero por razón de la edad, deba el otro levantar íntegra la carga de la obligación. Pero se le debe imponer toda ella al otro, si el menor salió fiador después, solamente por razón de lo incierto de la edad y de la restitución. Mas si por dolo del acreedor hubiera sido inducido el menor á ser fiador, no se ha de auxiliar al acreedor contra el co-fiador, no de otra suerte que, si engañado el menor habiéndose hecho novación, pretendiese que se le dé contra el antiguo deudor la acción útil.

49. [50.] EL MISMO; Cuestiones, libro XXVII. — Si el heredero prescindiera del deudor que quedó libre por testamento, y demandara á su fiador, le aprovechará al fiador por razón de la falta de probidad del heredero la excepción de dolo, que le habría debido aprovechar al deudor, si fuese demandado.

§ 1.—Si de dos herederos del fiador uno pagara por error la totalidad, opinan algunos que tiene él

(1) non, insertan otros en Hal.

(2) tuorum, Hal.

(3) Según corrección del códice Fl.; in, omitela la escritura original, Br.

(4) Taur, según corrección del códice Fl.; IX., omitela la escritura original, Br.

(5) quidem nomine suo reus obligatus non, Vulg.

(6) Taur, según la escritura original; in, inserta la corrección del códice Fl., Br.

(7) Hal. Vulg.; dare, el códice Fl.

habere eum conditionem, et ideo manere obligatum coheredem; cessante quoque conditione durare obligationem coheredis probant propterea, quod creditor, qui, dum se putat obligatum, partem ei, qui totum dedit, exsolverit, nullam habebit conditionem. Quodsi duo fideiussores accepti fuerint, verbi gratia in viginti, et alter ex duobus heredibus alterius fideiussoris totum creditori exsolverit, habebit quidem decem, quae ipso iure non debuit, conditionem; an autem et alia quinque millia (1) repetere possit, si fideiussor alter solvendo est, videndum est; ab initio enim heres fideiussoris sive heredes, ut ipse fideiussor, audiendi sunt, ut scilicet pro parte singuli, fideiussores qui sunt, conveniantur. Severior (2) et utilior est in utroque casu illa sententia, solutionem non indebitae quantitatis non debere revocari; quod etiam Epistola Divi Pii (3) significatur in persona fideiussoris, qui totum exsolverat.

§ 2.—Quaesitum est, an fideiussor, qui Capuae pecuniam se daturum Romae promisit, si reus promittendi Capuae esset, statim conveniri possit. Dixi, non magis fideiussorem confestim teneri, quam si ipse Capuae spondisset, quum reus adhuc Capuam pervenire non potuisset, nec ad rem pertinere, quod hoc latere nemo dubitet, nondum fideiussorem teneri, quia nec ipse reus promittendi teneretur; nam e contrario quoque, si quis responderit, quoniam debitor Capuae sit, fideiussorem confestim teneri, non habita ratione taciti proprii temporis eventurum, ut eo casu fideiussor conveniatur, quo debitor ipse, si Romae fuisset, non conveniretur. Itaque nobis placet, fideiussoriam obligationem conditionem taciti temporis ex utriusque persona recuperare, tam rei promittendi, quam ipsius fideiussoris, quoniam aliud respondentibus contra iuris formam in duriores conditionem acceptus intelligitur.

50. [51.] IDEM libro XXXVII. *Quaestionum*.—Debitori creditor pro parte heres extitit accepto coherede fideiussore; quod ad ipsius quidem portionem attinet, obligatio ratione confusionis intercidit, aut, quod est verius, solutionis potestate; sed pro parte coheredis obligatio salva est, non fideiussoria, sed hereditaria, quoniam maior tollit minorem.

51. [52.] IDEM libro III. *Responsorum*.—Inter eos fideiussores actio dividenda est, qui solidum et partes viriles fide sua esse iusserunt. Diversum erit verbis ita conceptis: «solidum aut partem virilem fide tua esse iubet?» tunc enim ab initio non nisi viriles partes singulos debere conveniet.

§ 1.—Fideiussor, qui partem pecuniae suo nomine vel rei promittendi solvit, quominus residui divisione facta portionis iudicium accipiat, recusare non debet; eam enim quantitatem inter eos, qui solvendo sunt, dividi convenit, quam litis (4) tempore singuli debent; sed humanius est, si et (5) al-

la condición, y que por lo tanto permanece obligado el coheredero; y aun dejando de haber la condición sostienen que subsiste la obligación del coheredero por esto, porque el acreedor, que creyéndose obligado hubiere entregado una parte al que dió la totalidad, no tendrá la condición. Pero si hubieren sido recibidos dos fiadores, por ejemplo, por veinte, y uno de los dos herederos del otro fiador le hubiere pagado la totalidad al acreedor, tendrá ciertamente la condición por los diez, que de derecho no debió; pero se ha de ver si podría repetir también los otros cinco mil, si el otro fiador es solvente; porque desde un principio deben ser oídos el heredero ó los herederos del fiador, como el mismo fiador, á saber, para que cada uno de los fiadores que hay sea demandado con arreglo á su parte. Más severa y más útil es en uno y en otro caso la opinión de que no debe ser revocado el pago de una cantidad que no es indebida; lo que se indica también en la Epistola del Divino Pio respecto á la persona del fiador, que habia pagado la totalidad.

§ 2.—Se preguntó, si el fiador, que prometió en Roma que él daría cierta cantidad en Capua, podría ser demandado desde luego, si el reo de prometer estuviere en Capua. Dije, que el fiador no estaba obligado desde luego, no de otra suerte que si él mismo hubiese prometido en Capua, cuando el reo no hubiese podido llegar todavía á Capua, y que no hace al caso que en este punto nadie dude que aun no estaria obligado el fiador, porque tampoco estaria obligado el mismo reo de prometer; porque también por el contrario, si alguno respondiere, que, porque el deudor estuviere en Capua, estaba obligado inmediatamente el fiador, no habida cuenta de su propio tiempo tácito, resultará que el fiador será demandado en un caso en el que el mismo deudor, si hubiese estado en Roma, no sería demandado. Y así, nos parece bien, que la obligación fideyusoria reciba la condición del tiempo tácito por parte de la persona de ambos, tanto del reo de prometer, como del mismo fiador, porque, respondiéndose otra cosa, se entendería admitido, contra el tenor del derecho, para una condición más gravosa.

50. [51.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XXXVII*.—Un acreedor quedó heredero en parte de un deudor, habiendo recibido como fiador al coheredero; por lo que atañe ciertamente á la porción de él mismo, la obligación se extingue por razón de la confusión, ó, lo que es más verdadero, por la fuerza del pago; pero por parte del coheredero la obligación está á salvo, no la fideyusoria, sino la hereditaria, porque la mayor extingue la menor.

51. [52.] EL MISMO; *Respuestas, libro III*.—La acción se ha de dividir entre aquellos que determinaron prestar su fianza por la totalidad y por partes viriles. Diversa cosa será habiéndose expresado estas palabras: «¿dispones que quede bajo tu fianza la totalidad ó una parte viril?» porque en este caso será conveniente que desde un principio no deba cada uno sino porciones viriles.

§ 1.—El fiador, que en su propio nombre ó en el del reo de prometer paga una parte de la suma, no debe rehusar aceptar el juicio respecto á su porción, hecha la división del residuo; porque es conveniente que se divida entre aquellos que son solventes la cantidad que al tiempo del litigio debe cada uno;

(1) *Taur. según la escritura original; millia, omitela la escritura original, Br.*
(2) *Sed verior, Hal. Vulg.*

(3) *Divi Hadriani, Vulg.*
(4) *contestatae, inserta Vulg.*
(5) *non por et, Vulg.*

ter solvendo sit litis contestationis tempore, per exceptionem ei, qui solvit, succurri.

§ 2.—Duo rei promittendi separatim fideiussores dederunt; invitus creditor inter omnes fideiussores acciones dividere non cogitur, sed inter eos duntaxat, qui pro singulis intervenerunt; plane si velit actionem suam inter omnes dividere, non erit prohibendus, non magis, quam si duos reos pro partibus conveniret.

§ 3.—Creditor pignus distrahere non cogitur, si fideiussorem simpliciter acceptum omisso pignore velit convenire.

§ 4.—Quum inter fideiussores actione divisa quidam post litem contestatam solvendo esse desierunt, ea res ad onus eius, qui solvendo est, non pertinet, nec auxilio defendetur aetatis actor; non enim deceptus videtur iure communi usus.

§ 5.—Bonis damnati fideiussoris fisco vindicatis inter fideiussores actio postea si dividi coeperit, ut heredis, ita fisci rationem haberi oportet.

52. [53.] *Idem libro XI. Responsorum.*—Amissa ruina pignoris damnatum tam fideiussoris, quam rei promittendi periculum spectat; nec ad rem pertinebit, fideiussor ita sit acceptus: «quanto minus ex pretio pignoris distracti servari potuerit»; istis enim verbis etiam totum contineri convenit.

§ 1.—Inter fideiussores actione divisa condemnatus si desierit esse solvendo, fraus vel segnitia tutoribus, qui iudicatum persequi potuerunt, damnatum dabit; quodsi divisam actionem inter eos, qui non erant solvendo, constabit, pupilli nomine restitutionis auxilium implorabitur.

§ 2.—Fideiussores a colonis datos etiam ob pecuniam dotis praediorum teneri convenit, quum ea quoque species locationis vinculum ad se trahat. Nec mutat, confestim, an interiecto tempore fidem suam adstrinxerunt.

§ 3.—Plures eiusdem pecuniae credendae mandatores, si unus iudicio eligatur, absolute quoque secuta non liberantur, sed omnes liberantur pecunia soluta.

53. [54.] *Idem libro XV. Responsorum.*—Capitis postulati fideiussores ex contractu citra ullam praescriptionem a creditore, qui reum postulabit, recte conveniuntur.

54. [55.] *Paulus libro III. Quaestionum.*—Si in pignore contrahendo deceptus sit creditor, qui fideiussorem pro mutuo accepit, agit contraria pignoratitia actione; in quam actionem veniet, quod interest creditoris; sed ea actio fideiussorem onerare non poterit, non enim pro pignore, sed pro pecunia mutua fidem suam obligat (1).

55. [56.] *Idem libro XI. Quaestionum.*—Si ita stipulatus a Seio fuero: «quantam pecuniam Titio quandoque credidero, dare spondes?» et fideiusso-

pero es más equitativo, que, si también el otro fuera solvente al tiempo de la contestación de la demanda, se auxilia con excepción al que pagó.

§ 2.—Dos reos de prometer dieron por separado fiadores; contra su voluntad no es obligado el acreedor a dividir las acciones entre todos los fiadores, sino solamente entre aquellos que fueron fiadores por cada uno; mas si quisiera dividir su acción entre todos, no se le habrá de prohibir, no de otra suerte que si demandase por sus partes a los dos deudores.

§ 3.—El acreedor no es obligado a enajenar la prenda, si, prescindiendo de la prenda, quisiera demandar al fiador aceptado simplemente.

§ 4.—Cuando habiéndose dividido la acción entre los fiadores algunos dejaron de ser solventes después de contestada la demanda, esto no corresponde a cargo del que es solvente, y el actor no se defiende con el beneficio de la edad; porque no se considera engañado el que usó del derecho común.

§ 5.—Habiendo sido reivindicados para el fisco los bienes de un fiador condenado, si después se hubiere comenzado a dividir entre los fiadores la acción, se debe tener cuenta, como del heredero, así también del fisco.

52. [53.] *EL MISMO; Respuestas, libro XI.*—El quebranto de la prenda perdida por ruina va a riesgo tanto del fiador, como del reo de prometer; y no hará al caso que el fiador haya sido admitido así: «por cuanto de menos se hubiere podido recobrar con el precio de la prenda vendida»; porque fué conveniente que en estas palabras esté también todo comprendido.

§ 1.—Dividida la acción entre los fiadores, si el condenado hubiere dejado de ser solvente, el fraude ó la morosidad causará perjuicio a los tutores, que pudieron perseguir al condenado; pero si constare que la acción se dividió entre los que no eran solventes, se implorará a nombre del pupilo el beneficio de la restitución.

§ 2.—Fué conveniente que los fiadores dados por los colonos estuvieran obligados también por razón del importe de la dote de los predios, porque también esta especie de negocio lleva consigo el vínculo de la locación. Y esto no cambia porque inmediatamente, ó transcurrido algún tiempo, hayan comprometido su fianza.

§ 3.—Siendo muchos los mandantes para que se preste una misma cantidad, si uno solo fuera elegido en el juicio, no quedan libres aunque haya seguido la absolución, pero todos quedan libres habiéndose pagado el dinero.

53. [54.] *EL MISMO; Respuestas, libro XV.*—Los fiadores del acusado de delito capital son válidamente demandados en virtud de contrato, sin ninguna prescripción, por el acreedor que acusó al reo.

54. [55.] *PAULO; Cuestiones, libro III.*—Si al contratar la prenda hubiera sido engañado el acreedor, que recibió fiador por un mutuo, ejercita la acción pignoratitia contraria; en cuya acción vendrá comprendido lo que le interesa al acreedor; pero esta acción no podrá gravar al fiador, porque éste no obliga su fianza por la prenda, sino por el dinero dado en mutuo.

55. [56.] *EL MISMO; Cuestiones, libro XI.*—Si e Seyo hubiere yo estipulado así: «prometes dar cuanto dinero yo le hubiere prestado en alguna

(1) *Hal.; obliget, et códice Fl.*

res accepero, deinde Titio saepius credidero, nempe Seius in omnes summas obligatus est, et per hoc fideiussores quoque, et id, quod ex bonis eius servari potest, omnibus aequo iure proficere debet.

56. [57.] *IDEM libro XV. Quaestionum.*—Si quis pro eo, qui libertus non esset, et operas praestitutum se iurasset, fideiussor erit, non tenebitur.

§ 1.—Item si filius a patre, vel servus a domino stipuletur, nec fideiussor acceptus tenetur, quia non potest pro eodem et eidem esse obligatus. Ex diverso ergo patre a filio, vel domino a servo stipulato fideiussor acceptus tenetur.

§ 2.—Si numos alienos, quasi tuos, mutuos dederis sine stipulatione, nec fideiussorem teneri Pomponius ait. Quid ergo, si consumtis numis nascatur condictio? Puto, fideiussorem obligatum fore; in omnem enim causam acceptus videtur, quae ex ea numeratione nasci potest.

§ 3.—Pro furti actione fideiussor accipi potest; item pro eo, qui in legem Aquiliam commisit; diversa causa est popularium actionum.

57. [58.] *SCAEVOLA libro XVIII. Quaestionum.* Fideiussor, antequam reus debeat, conveniri non potest.

58. [59.] *PAULUS (1) libro XXII. Quaestionum.*—Si a colono stipulatus fideiussorem accepi, una stipulatio est plurium pensionum; et ideo in universis pensionibus fideiussor tenetur.

§ 1.—Quum factio suo reus principalis obligationem perpetuat, etiam fideiussoris durat obligatio, veluti si moram fecit in Sticho solvendo, et is decessit.

59. [60.] *IDEM libro IV. Responsorum.*—Paulus respondit, fideiussorem, in quem pignora a (2) confideiussoribus data translata sunt, non emtoris loco substitutum videri, sed eius, qui pignora accepit; et ideo rationem fructuum et usurarum haberi oportere.

60. [61.] *SCAEVOLA libro I. Responsorum.*—Ubi cunq; reus ita liberatur a creditore, ut natura debitum maneat, teneri fideiussorem respondit; quum vero genere novationis transeat obligatio, fideiussorem aut iure, aut exceptione liberandum.

61. [62.] *PAULUS libro XV. Responsorum.*—Si, ut proponitur, quum pecunia mutua daretur, ita convenit, ut in Italia solveretur, intelligendum, mandantem quoque simili modo contraxisse.

62. [63.] *SCAEVOLA libro V. Responsorum.*—Si fideiussor creditori denuntiaverit, ut debitorem ad solvendam (3) pecuniam compelleret, vel pignus distraheret, isque cessaverit, an possit eum fideiussor doli mali exceptione summovere? Respondit, non posse.

ocasión á Ticio?» y hubiere yo recibido fiadores, y después yo le hubiere prestado muchas veces á Ticio, ciertamente que Seyo se obligó por todas las sumas, y por ello también los fiadores, y lo que se puede cobrar de los bienes de aquel les debe aprovechar con igual derecho á todos.

56. [57.] *EL MISMO; Cuestiones, libro XV.*—Si alguien hubiere sido fiador de uno que no fuese libertus, y que hubiese jurado que prestaría servicios, no estará obligado.

§ 1.—Asimismo, si un hijo estipulara de un padre, ó un esclavo de su señor, no está obligado el fiador aceptado, porque no puede estar obligado por uno mismo y para él mismo. Luego por el contrario, habiendo el padre estipulado del hijo, ó del esclavo el dueño, está obligado el fiador aceptado.

§ 2.—Dice Pomponio, que si hubieres dado en mútuo sin estipulación dinero ajeno como tuyo, tampoco está obligado el fiador. Luego ¿qué se dirá si habiéndose consumido el dinero naciera la condición? Opino que el fiador habrá de estar obligado; porque es considerado aceptado para toda causa, que puede nacer de esta entrega de dinero.

§ 3.—Se puede admitir fiador por la acción de hurto; asimismo por el que incurrió en la ley Aquilia; diversa es la causa de las acciones populares.

57. [58.] *SCAEVOLA; Cuestiones, libro XVIII.*—El fiador no puede ser demandado antes que deba el deudor.

58. [59.] *PAULO; Cuestiones, libro XXII.*—Si habiendo yo estipulado de un colono recibí fiador, hay una sola estipulación de muchas pensiones; y por lo tanto, el fiador está obligado por todas las pensiones.

§ 1.—Cuando por hecho suyo perpetúa el deudor principal la obligación, subsiste también la obligación del fiador, por ejemplo, si fué moroso en entregar á Stico, y éste falleció.

59. [60.] *EL MISMO; Respuestas, libro IV.*—Paulo respondió, que el fiador á quien fueron transferidas las prendas dadas por los co-fiadores, no es considerado substituído en lugar del comprador, sino en el del que recibió las prendas; y por esto se debe tener cuenta de los frutos y de los intereses.

60. [61.] *SCAEVOLA; Respuestas, libro I.*—Respondió, que cuando el reo es librado de la obligación por el acreedor, de suerte que la deuda subsista naturalmente, está obligado el fiador; pero cuando la obligación pase por una especie de novación, el fiador ha de quedar libre ó de derecho, ó mediante excepción.

61. [62.] *PAULO; Respuestas, libro XV.*—Si, como se expone, al darse dinero en mútuo se convino que fuese pagado en Italia, se ha de entender que el demandante contrató también del mismo modo.

62. [63.] *SCAEVOLA, Respuestas, libro V.*—Si el fiador hubiere requerido al acreedor para que compeliase al deudor á pagar el dinero, ó para que enajenase la prenda, y él hubiere dejado de hacerlo, ¿podría el fiador rechazarlo con la excepción de dolo malo? Respondió, que no podía.

(1) *Caius, Vulg.*

(2) *a, considérase añadida por antiguos copistas.*

(3) *Taur. según corrección del códice Fl.; solvendum, la escritura original, Br.*

63. [64.] IDEM libro VI. *Responsorum*. — Inter creditricem et debitorem pactum intercesserat, ut, si centum, quae mutua dederit, ubi primum petita fuissent, non solverentur, ornamenta pignori data intra certum tempus liceret ei vendere, et si quo minoris venissent, quodque (1) sortis vel usurarum nomine deberetur, id creditrici redderetur, et fideiussor acceptus est; quaesitum est, an fideiussor in universam summam obligari potuerit. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, teneri fideiussorem in id, quod minus ex pignoribus venditis redactum esset.

64. [65.] HERMOGENIANUS libro II. *iuris Epitomarum*. — Fideiussor, qui minori viginti quinque annis pecuniam obtulit, et in publico loco metu in integrum restitutionis consignatam deposuit, contestim experiri mandati poterit.

65. [66.] IDEM libro VI. *iuris Epitomarum*. — Sicut reus principalis non alias, quam si de sua persona promittat, obligatur, ita fideiussores non alias tenentur, quam si se quid daturus vel facturos promittant; nam reum principalem daturum vel facturum aliquid frustra promittunt, quia factum alienum inutiliter promittitur.

66. [67.] PAULUS libro I. *ad Neratium*. — Si servus alienus pro Titio fideiussit et solvit, liberatur Titius, si dominus mandati contra eum agere instituit; nam qui mandati agit, ratam habere solutionem videtur.

67. [68.] IDEM libro III. *ad Neratium*. — Excepción, quae tibi prodesse debebat, usus iniuria iudicis damnatus es; nihil tibi praestabitur iure mandati, quia iniuriam, quae tibi facta est, penes te manere, quam ad alium transferri aequius est, scilicet si culpa tua iniustae damnationis causam praebuisti.

68. [69.] IDEM libro III. *Decretorum*. — Fideiussores magistratum in poenam vel multam, quam non spondidissent, non debere conveniri decrevit (2).

§ 1.—Pro Aurelio Romulo, conductore vectigalis, centum annua Petronius Thallus et alii fideiusserant, bona Romuli fiscus ut obligata sibi occupaverat, et conveniebat fideiussores tam in sortem, quam in usuras, qui deprecabantur; lecta subscriptione fideiussionis, quoniam in sola centum annua se obligaverant, non in omnem conductionem, decrevit (3), fideiussores in usuras non teneri, sed, quidquid ex bonis fuisset redactum, prius in usuras cedere, reliquum in sortem; et ita in id, quod defuisset, fideiussores conveniendos exemplo pignorum a creditore distractorum.

§ 2.—Non possunt conveniri fideiussores liberato reo transactione.

69. [70.] TRYPHONINUS libro IX. *Disputationum*. — Tutor datus eius filio, cui ex fideiussoria causa

63. [64.] EL MISMO; *Respuestas, libro VI*. — Entre una acreedora y un deudor había mediado pacto, para que, si los ciento, que hubiere dado en mutuo, no fueran pagados tan pronto como hubiesen sido pedidos, le fuese á ella licito vender dentro de cierto tiempo los ornamentos dados en prenda, y que si hubiesen sido vendidos por menos, se le reintegrase á la acreedora todo lo que se le debiese por razón de capital ó de intereses, y se recibió fiador; se preguntó, si el fiador se habrá podido obligar á toda la suma. Respondió, que, según lo que se exponía, el fiador está obligado á lo que de menos se hubiese recobrado de las prendas vendidas.

64. [65.] HERMOGENIANO; *Epitome del Derecho, libro II*. — El fiador que ofreció una cantidad al menor de veinticinco años, y por miedo á la restitución por entero la depositó sellada en un lugar público, podrá ejercitar desde luego la acción de mandato.

65. [66.] EL MISMO; *Epitome del Derecho, libro VI*. — Asi como el deudor principal no se obliga de otra suerte, sino si prometiera respecto á su persona, asi tampoco están obligados los fiadores de otro modo, sino si prometieran que ellos darán ó harán alguna cosa; pues en vano prometen que el deudor principal dará ó hará alguna cosa, porque se promete inútilmente un hecho ajeno.

66. [67.] PAULO; *Comentarios á Neracio, libro I*. — Si un esclavo ajeno salió fiador por Ticio y pagó, Ticio queda libre, si el señor determinó ejercitar contra él la acción de mandato; porque se considera que el que ejercita la acción de mandato ratifica el pago.

67. [68.] EL MISMO; *Comentarios á Neracio, libro III*. — Habiendo utilizado la excepción, que te debia favorecer, fuiste condenado por injusticia del juez; no se te dará nada por razón del mandato, porque es más equitativo que la injusticia que se te hizo quede en tí, que no que se transfiera á otro; por supuesto, si por culpa tuya diste causa para la condenación injusta.

68. [69.] EL MISMO; *Decretos, libro III*. — Se decretó, que los fiadores de los magistrados no debían ser demandados por la pena ó multa, que no hubiesen prometido.

§ 1.—Petronio Talo y otros habían salido fiadores de ciento al año por Aurelio Rómulo, arrendatario de tributos, el fisco había ocupado, como obligados á él, los bienes de Rómulo, y demandaba tanto por el capital, como por los intereses, á los fiadores, los cuales suplicaban; leída la escritura de afianzamiento, como quiera que se habían obligado solamente por ciento al año, no por todo el arrendamiento, se decretó, que los fiadores no estaban obligados á los intereses, sino que todo lo que se hubiese recogido de los bienes fuese aplicado primeramente á los intereses, y el resto al capital; y que asi debían ser demandados los fiadores por lo que hubiese faltado, á la manera que cuando las prendas son vendidas por el acreedor.

§ 2.—No pueden ser demandados los fiadores, habiendo quedado libre por transacción el deudor.

69. [70.] TRIFONINO; *Disputas, libro IX*. — El tutor dado al hijo de aquel á quien estaba obligado

(1) quam quod, *Hal. Vulg.*
(2) Imperator, *inserta Vulg.*

(3) Imperator, *inserta Vulg.*

obligatus erat, a semet ipso exigere debet; et quamvis tempore liberatus erit, tamen tutelae iudicio eo nomine tenebitur; item heres eius, quia cum eo ob tutelam, non ex fideiussione agitur. Et quamvis non quasi fideiussor, sed quasi tutor solverit, etiam si tempore liberatus est, mandati actionem eum habere adversus reum promittendi, dixi; haeret enim in utraque causa adhuc illius debiti persecutio, nam eius solutione liberavit (1) reum promittendi obligatione, in quam pro eo fideiusserat; et non titulus actionis, sed debiti causa respicienda est. Licet enim is tutor, qui fideiussor apud pupillum pro eo (2) est obligatus, solvit se auctore pupillo, quia reo promittendi liberato et ipse tutor idemque fideiussor liberabitur, quod sua auctoritate efficere non potest, tamen, et, si non pro se solvendi animo, sed pro Ticio fecit, ut maxime eum liberet, habebit cum eo mandati actionem.

70. [71.] GAIUS libro I. de verborum Obligationibus.—Si a reo sub conditione (3) fuero stipulatus, potero fideiussorem et in hanc, et in aliam conditionem obligare, si modo eas coniungam; nisi enim utraque extiterit, non tenebitur, quum reus ex una conditione teneatur; quodsi eas disiungam, durior fit conditio fideiussoris, nec (4) ob id obligatur, quippe sive communis utriusque conditio extiterit, sive alterutra, videatur apprehendi, quum reus non aliter teneatur, quam si communis extiterit. Aut igitur nullo modo tenebitur fideiussor, aut, quod magis est, (5) tenebitur, si prius extiterit communis.

§ 1.—Sub diversis quoque conditionibus si fuerint interrogati, interest, utra eorum (6) prior extiterit; si reo iniuncta, tenebitur etiam fideiussor, quum conditio eius extiterit, tanquam si statim ab initio reus pure, fideiussor sub conditione acceptus esset. Ex diverso autem, si fideiussoris conditio prior extiterit, non tenetur, perinde ac si statim ab initio pure acceptus esset, reo sub conditione obligato.

§ 2.—Si reo in fundum obligato fideiussor in usumfructum accipiat, quaesitum est, utrum obligetur fideiussor quasi in minus, an non obligetur, quasi in aliud. Nobis in eo videtur dubitatio esse, ususfructus pars rei sit, an proprium quiddam; sed quum ususfructus fundi ius est, incivile est, fideiussorem ex sua promissione non teneri.

§ 3.—Adeo a servo potest fideiussor accipi, ut ipse quoque dominus in id, quod sibi debetur, fideiussorem ab eo recte accipiat; quem fideiussorem etiam ab eo ipso servo interrogari, nihil impedit.

§ 4.—Si a furioso stipulatus fueris, non posse te fideiussorem accipere certum est, quia non solum ipsa stipulatio nulla intercessisset, sed ne negotium quidem ullum gestum intelligitur. Quodsi pro

por causa fideyusoria, debe cobrar de si mismo; y aunque haya quedado libre por el tiempo, estará, sin embargo, obligado por tal motivo por la acción de tutela; asimismo su heredero, porque contra él se reclama por causa de la tutela, no por virtud de la fianza. Y aunque hubiere pagado no como fiador, sino como tutor, dije, que, también si quedó libre por el tiempo, tenía él la acción de mandato contra el reo de prometer; porque en una y en otra causa está todavía inherente la persecución de aquella deuda, pues con su pago libró al reo de prometer de la obligación para la que había salido fiador por él; y no se ha de atender al título de la acción, sino á la causa de la deuda. Porque aunque este tutor, que respecto al pupilo se obligó como fiador por aquél, le pagó al pupilo con su propia autoridad, como quiera que habiendo quedado libre el reo de prometer se librará él mismo, que es tutor y fiador, lo que no puede hacer por su propia autoridad, sin embargo, aun si no lo hizo con ánimo de pagar por sí, sino por Ticio, principalmente para librarlo, tendrá contra él la acción de mandato.

70. [71.] GAYO; De las obligaciones verbales, libro I.—Si yo hubiere estipulado del reo bajo condición, podré obligar al fiador así á esta como á aquella condición, si yo las juntare; porque si no se cumplieren ambas, no estará él obligado, cuando el reo lo está en virtud de una sola condición; pero si yo las separase, se hace más dura la condición del fiador, y no se obliga por esto, porque ya si se cumple la condición común de ambos, ya si una ú otra, se consideraría comprendido, cuando el reo no está obligado de otra suerte, sino si se hubiere cumplido la común. Así, pues, ó el fiador no estará obligado de ningún modo, ó, lo que es más cierto, estará obligado, si antes se hubiere cumplido la condición común.

§ 1.—Si hubieren sido interrogados también bajo condiciones diversas, importa saber cuál de ellas se se haya cumplido primero; si la impuesta al reo, estará obligado también el fiador, cuando se hubiere cumplido su condición, como si inmediatamente desde el principio el reo hubiese sido aceptado puramente, y el fiador bajo condición. Mas por el contrario, si se hubiere cumplido primero la condición del fiador, no está obligado, lo mismo que si inmediatamente desde un principio hubiese sido aceptado puramente, habiéndose obligado el reo bajo condición.

§ 2.—Si estando el reo obligado por un fundo se recibiera fiador por el usufructo, se preguntó, si se obligará el fiador como por menos, ó si no se obligará, como por cosa distinta. A nosotros nos parece que la duda consiste en si el usufructo es parte de la cosa, ó alguna cosa distinta; pero como el usufructo es un derecho del fundo, es contrario al derecho civil que el fiador no esté obligado en virtud de su promesa.

§ 3.—De tal modo se puede recibir del esclavo fiador, que también el mismo dueño recibirá de él válidamente fiador por lo que á él se le debe; y nada impide que también este fiador sea interrogado por este mismo esclavo.

§ 4.—Si tu hubieres estipulado de un furioso, es cierto que no puedes recibir fiador, porque no solamente habrá sido nula la estipulación que medió, sino que se entiende que no se hizo ciertamente

(1) *Taur.*; liberabit, el código *Fl.*, *Br.*
 (2) reo, al margen interior del código *Fl.*
 (3) *Hal. Vulg.*; conditionem, el código *Fl.*
 (4) atque por nec, *Hal.*

(5) *Taur.* según la escritura original; Ita, inserta la corrección del código *Fl.*, *Br.*
 (6) *causa*, *Hal. Vulg.*

furioso iure obligato fideiussorem accepero, teneatur fideiussor.

§ 5.—Id, quod vulgo dictum est, maleficiorum fideiussorem accipi non posse, non sic intelligi debet, ut in poenam furti is, cui furtum factum est, fideiussorem accipere non possit; nam poenas ob maleficia solvi, magna ratio suadet; sed ita potius, ut qui cum alio, cum quo furtum admisit, in partem, quam ex furto sibi restitui desiderat, fideiussorem obligare non possit; et qui alieno hortatu ad furtum faciendum proventus est, ne in furti poena ab eo, qui hortatus est, fideiussorem accipere possit; in quibus casibus illa ratio impedit fideiussorem obligari, quia scilicet in nullam rationem adhibetur fideiussor, quum flagitiosae rei societas coita nullam vim habet.

71. [72.] PAULUS libro IV. *Questionum*.—Granius (1) Antoninus pro Iulio Pollione et Iulio Rufo pecuniam mutuum accipientibus, ita ut duo rei (2) eiusdem debiti fuerint, apud Aurelium Palmam mandator extitit; Iulii bona ad fiscum venerunt (3); similiter et creditori fiscus successerat; mandator allegabat, se liberatum iure confusionis, quia fiscus tam creditori, quam debitori successerat; et quidem, si unus debitor fuisset, non dubitabam, sicut fideiussorem, ita et mandatorem liberatum esse; quamvis enim, iudicio convento principali debitor, mandator non liberetur, tamen ubi successit creditor debitori, veluti solutionis iure sublata obligatione etiam mandator liberatur, vel quia non potest pro eodem apud eundem quis mandator esse. Sed quum duo rei promittendi sint, et alteri heres extitit creditor, iusta dubitatio est, utrum alter quoque liberatus est, ac si soluta fuisset pecunia, an persona tantum exempta, confusa obligatione. Et puto, aditione hereditatis, confusione obligationis eximi personam; sed et accessiones ex eius persona liberari propter illam rationem, quia non possunt pro eodem apud eundem obligati esse, ut, quemadmodum incipere alias non possunt, ita nec remaneant. Igitur alterum reum eiusdem pecuniae non liberari, et per hoc nec fideiussorem vel mandatorem eius, plane quia is mandati iudicio eligere potest vel creditorem, competituram ei exceptionem doli mali, si coeperit conveniri, cum altero autem reo vel in solidum, si non fuerit societas, vel in partem, si socii fuerint, posse creditorem agere. Quod si creditor fideiussori heres fuerit, vel fideiussor creditori, puto convenire, confusione obligationis non liberari reum.

§ 1.—Si ponamus unum ex reis promittendi pactum esse, ne a se peteretur, deinde mandatorem solvisse, mandati iudicio convenire potuit etiam eum, cum quo pactum est; non enim pactum creditoris tollit alienam actionem.

§ 2.—Placet mandatorem teneri, etiamsi foeneraturo (4) creditori mandet pecuniam credere.

72. [73.] GAIVS libro III. de *verborum Obliga-*

(1) *Vranus, Hal. Vulg.*
(2) *in solidum inserta Vulg.*

ningún negocio. Mas si yo hubiere recibido fiador por un furioso obligado con arreglo á derecho, está obligado el fiador.

§ 5.—Lo que vulgarmente se dijo, que no se puede recibir fiador por los delitos, no se debe entender de modo que no pueda recibir fiador para la pena del hurto aquel á quien se le hizo el hurto; porque una poderosa razón aconseja que se satisfagan penas por los delitos; pero más bien de modo que no pueda uno obligar al fiador respecto á otro, con el cual cometió el hurto, por la parte que del hurto desea que á él se le restituya; y que el que por instigación de otro fué llevado á cometer el hurto no pueda recibir del que lo instigó fiador por la pena del hurto; en cuyos casos aquella razón impide que se obligue el fiador, porque ciertamente por ninguna razón se da fiador, no teniendo fuerza alguna la sociedad formada con un objeto criminoso.

71. [72.] PAULO; *Cuestiones, libro IV.*—Granius Antonino fué mandante respecto á Aurelio Palma á favor de Julio Polion y de Julio Rufo, que recibían dinero en mútuo, de modo que los dos se constituyeron reos de la misma deuda; los bienes de Julio fueron á poder del fisco; y de la misma manera el fisco le había sucedido al acreedor; alegaba el mandante, que él había quedado libre por derecho de confusión, porque el fisco les había sucedido tanto al acreedor, como al deudor; y á la verdad, si hubiese habido un solo deudor, yo no dudaría que, así como el fiador, habría quedado libre también el mandante; porque aunque, demandado á juicio el deudor principal, no se libre el mandante, sin embargo, cuando el acreedor sucedió al deudor, se libra también el mandante, como habiéndose extinguido la obligación por razón del pago, ó porque uno no puede ser mandante por una persona respecto á ella misma. Mas cuando hay dos reos de prometer, y el acreedor quedó heredero de uno, es legítima la duda sobre si también el otro quedó libre, como si se hubiese pagado la suma, ó si solamente quedó exenta la persona, habiéndose confundido la obligación. Y opino, que con la adición de la herencia se exime la persona con la confusión de la obligación, pero también quedan libres los agregados por virtud de esta persona, por la razón de que no pueden estar obligados por uno mismo respecto á este mismo, de suerte que, así como no pueden comenzar á obligarse, tampoco permanecen obligados. Así, pues, no queda libre el otro deudor de la misma suma, y por esto, ni su fiador ó su mandante, porque como éste puede elegir en la acción de mandato aun al acreedor, le habrá de competir la excepción de dolo malo, si hubiere comenzado á ser demandado, pero contra el otro deudor puede el acreedor ejercitar la acción, ó por la totalidad, si no hubiere habido sociedad, ó por una parte, si fueron socios. Mas si el acreedor fuere heredero del fiador, ó el fiador del acreedor, opino que es conveniente que el reo no quede libre con la confusión de la obligación.

§ 1.—Si supusiéramos que uno de los reos de prometer pactó que no se le pidiera á él, y después pagó el mandante, pudo demandar con la acción de mandato también á aquel con quien pactó; porque el pacto del acreedor no extingue la acción de otro.

§ 2.—Está determinado que se obliga el mandante aunque le mande, al que lo haya de prestar á interés, que preste el dinero.

72. [73.] GAYO; *De las obligaciones verbales, li-*

(3) *Taur.; venierunt, el código Fl., Br.*
(4) *foenerator, Hal. Vulg.*

tionibus.—Si fideiussori sub conditione obligato, «si navis ex Asia venerit», quem sub hoc modo accipi, ut usque ad tempus vitae suae duntaxat obligaretur, pendente conditione acceptum latum fuerit, et is fideiussor adhuc pendente conditione mortuus fuerit, confestim a reo petere possum, quia existens conditio neque obligationem in personam iam mortui efficere, neque acceptilationem confirmare possit.

73. [74.] PAULUS libro LXXVI. ad Edictum.—Quum procurator in rem agebat, cautionem dederat, ratam rem dominum habiturum; postea victo eo dominus reversus iterum de eadem re agitabat, et quum reus haberet possessionem, et (1) noluit eam restituere, et ideo magno condemnatus est, in amplius fideiussores non tenentur; hoc enim non debet imputari fideiussoribus, quod ille propter suam poenam praestitit.

TIT. II

DE NOVATIONIBUS ET DELEGATIONIBUS
[Cf. Cod. VIII. 42. (41.)]

1. ULPIANUS libro XLVI. ad Sabinum.—Novatio est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem vel naturalem, transfusio atque translatio, hoc est, quum ex praecedenti causa ita nova constituatur, ut prior perimatur; novatio enim a «novo» nomen accepit, et a «nova» obligatione.

§ 1.—Illud non interest, qualis processit obligatio, utrum naturalis, an civilis, an honoraria, et utrum verbis, an re, an consensu; qualiscunque igitur obligatio sit, quae praecessit, novari verbis potest, dummodo sequens obligatio aut civiliter teneat, aut naturaliter, utputa si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit.

2. IDEM libro XLVIII. ad Sabinum.—Omnes res transire in novationem possunt; quodcumque enim sive verbis contractum est, sive non verbis, novari potest, et transire in verborum obligationem ex quaecunque obligatione, dummodo sciamus, novationem ita demum fieri, si hoc agatur, ut novetur obligatio; ceterum si non hoc agatur, duae erunt obligationes.

3. POMPONIO libro I. ad Sabinum.—Cui bonis interdictum est, novare obligationem suam non potest, nisi meliorem suam conditionem fecerit.

4. ULPIANUS libro V. ad Sabinum.—Si usufructus debitorem meum delegavero tibi, non novetur obligatio mea, quamvis exceptione doli, vel in factum tutus debeat esse adversus me is, qui delegatus fuerit; et non solum donec manet eius (2) usufructus, cui delegavi, sed etiam post interitum eius videbimus, quia etiam hoc incommodum sentit, si post mortem meam maneat ei usufructus; et haec eadem dicenda sunt in qualibet obligatione personae cohaerenti.

5. IDEM libro XXXIV. ad Sabinum.—In diem

(1) et, considérase aquí palabra superflua.

bro III. — Si al fiador obligado bajo esta condición, «si la nave hubiere llegado de Asia», á quien yo acepté de modo, que solamente estuviese obligado por el tiempo de su vida, yo le hubiere dado por cumplido estando pendiente la condición, y el fiador hubiere fallecido estando todavía pendiente la condición, puedo reclamarle inmediatamente al deudor, porque la condición al cumplirse ni puede producir obligación respecto á la persona del ya fallecido, ni confirmar la aceptación.

73. [74.] PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXXVI.—Al ejercitar un procurador la acción real, habia dado caución de que su principal ratificaría el negocio; después, habiendo sido él vencido, promovía de nuevo litigio sobre el mismo asunto su principal, que habia vuelto, y teniendo el reo la posesión, no quiso restituirla, y por esto fué condenado en gran cantidad; los fiadores no están obligados á lo que excede, porque no debe imputársales á los fiadores lo que él pagó por su propia pena.

TITULO II

DE LAS NOVACIONES Y DE LAS DELEGACIONES
[Véase Cód. VIII. 42. (41.)]

1. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLVI.—La novación es una transusión y traslación de una deuda anterior á otra obligación, ó civil ó natural, esto es, cuando por virtud de otra causa precedente se constituye una nueva, de modo que se extinga la primera; porque la novación recibió su nombre de la palabra «nueva», y de obligación «nueva».

§ 1.—No importa qué obligación haya precedido, si natural ó civil, ó honoraria, y si verbal, ó real, ó consensual; así, pues, cualquiera que sea la obligación que haya precedido, se puede novar con palabras, con tal que la siguiente obligación sea válida ó civil ó naturalmente, como por ejemplo, si el pupilo hubiere prometido sin la autoridad del tutor.

2. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XLVIII.—Todas las cosas pueden ser comprendidas en la novación; porque todo lo que se contrató ó con palabras, ó sin palabras, puede ser novado, y pasar de una obligación cualquiera á obligación verbal, con tal que sepamos que la novación se hace, solamente si esto se hiciera para novar la obligación; mas si esto no se hiciera así, habrá dos obligaciones.

3. POMONIO; Comentarios á Sabino, libro I.—Aquel á quien se le puso interdicción en sus bienes no puede novar su obligación, á no ser que hiciere mejor su propia condición.

4. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro V.—Si yo te hubiere delegado un deudor mío de usufructo, no se nova mi obligación, aunque con la excepción de dolo, ó con la que resulta del hecho, deba estar seguro contra mí el que hubiere sido delegado; y no solamente mientras subsiste el usufructo de aquel á quien lo delegué, sino que veremos si también después de la extinción del mismo, porque también experimenta este quebranto, si después de mi muerte le quedara á él el usufructo; y esto mismo se ha de decir respecto á cualquiera obligación inherente á la persona.

5. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XXXIV.

(2) Taur. según la escritura original; ei, la corrección del códice Fl., Br.

obligatio novari potest et priusquam dies advenerit. Et generaliter constat, et stipulatione in diem facta novationem contingere, sed non statim ex ea stipulatione agi posse, antequam dies venerit.

6. *IDEM libro XLVI. ad Sabinum.*—Si ita fuero stipulatus: «quanto minus a Titio debitore exegissem (1), tantum fideiubes», non fit novatio, quia non hoc agitur, ut novetur.

§ 1.—Quum pecuniam mutuam dedit quis sine stipulatione, et ex continenti fecit stipulationem, unus contractus est. Idem erit dicendum, et si ante stipulatio facta est, mox pecunia numerata sit.

7. *POMPONIUS libro XXIV. ad Sabinum.*—Quum enim pecunia mutua data (2) stipulamur, non puto obligationem numeratione nasci, et deinde eam stipulatione novari, quia id agitur, ut sola stipulatio teneat, et magis implendae stipulationis gratia numeratio intelligenda est fieri.

8. *ULPIANUS libro XLVI. ad Sabinum.*—Si Stichum dari stipulatus fuero, et quum in mora (3) promissor esset, quominus daret, rursus eundem stipulatus fuero, desinit periculum ad promissorem pertinere, quasi mora purgata.

§ 1.—Legata vel fideicommissa si in stipulationem fuerint deducta, et hoc actum, ut novetur, fiet novatio; si quidem pure vel in diem fuerint relicta, statim, si vero sub conditione, non statim, sed ubi conditio extiterit. Nam et alias qui in diem stipulatur, statim novat, si hoc actum est, quum certum sit, diem quandoque venturum, at qui sub conditione stipulatur, non statim novat, nisi conditio extiterit.

§ 2.—Si quis ita stipulatus a Seio sit: «quod a Titio stipulatus fuero, dare spondes?» an, si postea a Titio stipulatus sim (4), fiat novatio, solusque teneatur Seius? Et ait Celsus novationem fieri, si modo id actum sit, ut novetur, id est, ut Seius debeat, quod Titius promisit; nam eodem tempore et impleri prioris stipulationis conditionem, et novari ait; eoque iure utimur.

§ 3.—Idem Celsus ait, iudicatum solvi stipulatione actionem iudicati non novari; merito, quia hoc solum agitur ea stipulatione, ut fideiussoribus cautum sit, non ut ab obligatione iudicati discedatur.

§ 4.—Si decem, quae mihi Titius debet, aut decem, quae Seius debet, a Tertio (5) stipulatus fuero, putat Marcellus neutrum liberari, sed Tertium (6) eligere posse, pro quo decem solvere velit.

§ 5.—Si ab alio promissam sibi dotem maritus ab uxore dotis nomine stipulatus sit, non duplicari

—La obligación á término puede ser novada aun antes que haya llegado el término. Y en general es sabido que tiene lugar la novación aun habiéndose hecho estipulación á término, pero que no se puede ejercitar acción inmediatamente en virtud de esta estipulación, antes que haya vencido el término.

6. *EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XLVI.*—Si yo hubiere estipulado así: «¿serás fiador de tanto cuanto de menos yo hubiese cobrado de Ticio?» no se hace novación, porque esto no se hace para hacer novación.

§ 1.—Cuando uno dió dinero en mútuo sin estipulación, é inmediatamente hizo estipulación, hay un solo contrato. Lo mismo se habrá de decir, también si antes se hizo la estipulación, y en seguida se hubiera entregado el dinero.

7. *POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXIV.*—Porque cuando estipulamos habiéndose dado dinero en mútuo, no creo que la obligación nazca con la entrega del dinero, y que después se renueve con la estipulación, porque se hace esto para que tenga validez la sola estipulación, y se ha de entender que se hace la entrega más bien para cumplir la estipulación.

8. *ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLVI.*—Si yo hubiere estipulado que se dé el esclavo Sticho, y siendo moroso el prometedor para darlo, lo hubiere yo estipulado de nuevo, deja de corresponderle la responsabilidad al prometedor, como por haberse purgado la mora.

§ 1.—Si los legados ó los fideicomisos hubieren sido comprendidos en estipulación, y esto se hubiera hecho para hacer novación, se hará la novación; y si hubieren sido dejados puramente ó á término, se hará inmediatamente, pero si bajo condición, no inmediatamente, sino luego que se hubiere cumplido la condición. Porque también en otro caso el que estipula á término hace inmediatamente la novación, si esto se trató, porque es cierto que el término llegará alguna vez, mas el que estipula bajo condición, no hace inmediatamente la novación, sino si se hubiere cumplido la condición.

§ 2.—Si alguno hubiera estipulado de Seyo así: «¿prometes dar lo que yo hubiere estipulado de Ticio?» si después yo hubiera estipulado de Ticio, ¿se hará novación, y estará obligado sólo Ticio? Y dice Celso, que se hace novación, si es que esto se haya hecho para hacer novación, esto es, para que deba Seyo lo que prometió Ticio; porque dice que al mismo tiempo se cumple la condición de la primera estipulación, y se hace la novación; y este derecho observamos.

§ 3.—Dice el mismo Celso, que con la estipulación de que se pague lo juzgado, no se innova la acción de lo juzgado; y con razón, porque con esta estipulación solamente se hace que se les dé caución á los fiadores, no que haya apartamiento de la obligación de lo juzgado.

§ 4.—Si yo hubiere estipulado de Tercero los diez que Ticio me debe, ó los diez que Seyo debe, opina Marcelo, que ninguno de los dos queda libre, sino que Tercero puede elegir por quién quiere pagar los diez.

§ 5.—Si por razón de dote el marido hubiera estipulado de la mujer la dote que á él se le había

1) exegero, *Hal.*

2) pecunia mutua datam, *Hal. Vulg.*

3) *Hal. Vulg.; moram, el códice Fl.*

4) sit, *Vulg.*

5) Titio, *Vulg.*

6) Titium, *Vulg.*

dotem, sed fieri novationem placet, si hoc actum est; quid enim interest, ipsa, an alius quilibet promittat? Quod enim ego debeo, si alius promittat, liberare me potest, si novationis causa hoc fiat; si autem non novandi animo hoc intervenit, uterque quidem tenetur, sed altero solvente alter liberatur; non tamen, si quis stipuletur, quod mihi debetur, aufert mihi actionem, nisi ex voluntate mea stipuletur, liberat autem me is, qui quod debeo promittit, etiamsi nolim.

9. *Idem libro XLVII. ad Sabinum.*—Si pupillus sine tutoris auctoritate rem salvam fore stipulatus, pubes factus, ratam stipulationem habuerit novandi causa, tollitur tutelae actio; si non habuerit ratum, licet tutelae egisset, habet tamen adhuc ex stipulatu actionem; sed iudex tutelae non aliter condemnare debet, quam si ex stipulatione liberatio fieret.

§ 1.—Qui sub conditione stipulatur, quae omnimodo extitura est, pure videtur stipulari.

§ 2.—Qui actum stipulatur, deinde iter, nihil agit. Item usumfructum stipulatus si usum stipuletur, nihil agit. Sed qui iter stipulatus actum postea stipuletur, aliud magis stipulatur; aliud est enim iter, aliud actus.

10. *PAULUS libro XI. ad Sabinum.*—Cui recte solvitur, is etiam novare potest, excepto eo, si mihi aut Titio stipulatus sim, nam Titius novare non potest, licet recte ei solvitur.

11. *ULPIANUS libro XXVII. ad Edictum.*—«Delegare» est vice sua alium reum dare creditori, vel cui (1) iusserit.

§ 1.—Fit autem delegatio vel per stipulationem, vel per litis contestationem.

12. *PAULUS libro XXXI. ad Edictum.*—Si quis delegaverit debitorem, qui doli mali exceptione tueri se posse sciebat, similis videbitur ei, qui donat, quoniam remittere exceptionem videtur. Sed si per ignorantiam promiserit (2) creditori, nulla quidem exceptione adversus creditorem uti poterit, quia ille suum recepit; sed is, qui delegavit, tenetur conditione vel incerti, si non pecunia soluta esset, vel certi, si soluta esset; et ideo quum ipse praestiterit pecuniam, aget mandati iudicio.

13. *ULPIANUS libro XXXVIII. ad Edictum.*—Si non debitorem quasi debitorem delegavero creditori meo, exceptio locum non habebit, sed conditio adversus eum, qui delegavit, competit.

(1) creditor, inserta Vulg.

prometido por otro, está determinado que no se duplica la dote, sino que se hace novación, si así se trató; porque ¿qué importa que ella misma, ú otro cualquiera la prometa? Porque si otro prometiera lo que yo debo, puede librarme de la obligación, si esto se hiciera por causa de novación; pero si esto no mediara con ánimo de hacer novación, ciertamente que ambos están obligados, pero pagando uno, queda el otro libre; mas si alguno estipula lo que se me debe, no me quita la acción, sino si estipulara con mi voluntad, pero me libra de la obligación, aunque yo no quiera, el que promete lo que yo debo.

9. *EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XLVII.*—Si habiendo estipulado el pupilo sin la autoridad del tutor que habrán de quedar á salvo sus bienes, y hecho púbero hubiere ratificado la estipulación por causa de novación, se extingue la acción de tutela; si no la hubiere ratificado, aunque hubiese ejercitado la acción de tutela, tiene, sin embargo, todavía la acción de lo estipulado; pero el juez de la tutela no debe condenar de otra suerte, sino si se hiciera la liberación de la estipulación.

§ 1.—El que estipula bajo condición, que de todos modos se ha de cumplir, parece estipular puramente.

§ 2.—El que estipula la servidumbre de conducción, y después la de paso, no hace nada. Asimismo, el que estipuló el usufructo, si luego estipulara el uso, no hace nada. Pero el que habiendo estipulado la servidumbre de paso, estipulara después la de conducción, estipula alguna cosa más; porque una cosa es la servidumbre de paso, y otra la de conducción.

10. *PAULO; Comentarios á Sabino, libro XI.*—Aquel á quien se le paga convenientemente, puede también hacer novación, excepto si yo hubiera estipulado para mí ó para Ticio, porque Ticio no puede hacer novación, aunque á él se le paga convenientemente.

11. *ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXVII.*—«Delegar» es dar en lugar suyo otro deudor al acreedor, ó á aquel que hubiere mandado.

§ 1.—Mas la delegación se hace ó por medio de estipulación, ó mediante la contestación de la demanda.

12. *PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXXI.*—Si hubiere delegado un deudor el que sabía que podía ampararse con la excepción de dolo malo, será considerado semejante al que hace donación, porque se considera que remite la excepción. Pero si por ignorancia hubiere prometido al acreedor, no podrá utilizar ciertamente excepción alguna contra el acreedor, porque éste recibió lo suyo; mas el que hizo la delegación se obliga por la condición ya de cosa incierta, si no hubiese sido pagado el dinero, ya de cosa cierta; si hubiese sido pagado; y por lo tanto, habiendo él entregado el dinero, ejercitará la acción de mandato.

13. *ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXXVIII.*—Si á un acreedor mío yo le hubiere delegado como deudor uno que no era deudor, no tendrá lugar la excepción, sino que compete la condición contra el que hizo la delegación.

(2) repromiserit, Vulg.

14. *IDEM libro VII. Disputationum.* — Quoties quod pure debetur, novandi causa sub conditione promittitur, non statim fit novatio, sed tunc demum, quum conditio extiterit. Et ideo si forte Stichus fuerit in obligatione, et pendente conditione decesserit, nec novatio continget, quia non subest (1) res eo tempore, quo conditio impletur. Unde Marcellus, etsi post moram Stichus in conditionalem obligationem deductus sit, purgari moram, nec in sequentem deduci obligationem, putat.

§ 1.—Sed si, quod sub conditione debetur, pure quis novandi causa stipuletur, nec nunc quidem statim novat, licet pura stipulatio aliquid egisse videatur, sed tunc novabit, quum extiterit conditio; etenim existente conditio primam stipulationem committit, commissamque in secunda (2) transfert. Et ideo si forte persona promissoris pendente conditione fuerit deportata, Marcellus scribit, ne quidem existente conditione ullam contingere novationem, quoniam nunc, quum extitit conditio, non est persona, quae obligetur.

15. *IULIANUS libro XIII. Digestorum.* — Si creditor poenam stipulatus fuerat, si ad diem pecunia soluta non esset, novatione facta non committitur stipulatio.

16. *FLORENTINUS libro VIII. Institutionum.* — Servus nec peculiarem quidem obligationem citra voluntatem domini novare potest, sed adicit potius obligationem, quam pristinam novat (3).

17. *ULPIANUS libro VIII. ad Edictum.* — Delegare scriptura, vel nutu, ubi dari non potest, debitorem suum quis potest.

18. *PAULUS (4) libro LVII. ad Edictum.* — Novatione legitime facta liberantur hypothecae et pignus, usurae non currunt.

19. *IDEM libro LXIX. ad Edictum.* — Doli exceptio, quae poterat deleganti opponi, cessat in persona creditoris, cui quis delegatus est. Idemque est et in ceteris similibus exceptionibus, imo et in ea, quae ex Senatusconsulto filiofamilias datur; nam adversus creditorem, cui (5) delegatus est ab eo, qui mutuum pecuniam contra Senatusconsultum dederat, non utetur exceptione, quia nihil in ea promissione contra Senatusconsultum fit, tanto magis (6), quod hic nec solum repetere potest. Diversum est in muliere, quae contra Senatusconsultum promissit; nam et in secunda promissione intercessio est. Idemque est in minore, qui circumscriptus delegatur, quia, si etiam nunc minor est, rursus circumvenitur; diversum, si iam excessit aetatem viginti quinque annorum, quamvis adhuc possit restitui adversus priorem creditorem. Ideo autem denegantur exceptiones adversus secundum creditorem, quia in privatis contractibus et pactionibus non facile scire petitor potest, quid inter eum, qui delegatus est, et debitorem actum est,

14. *EL MISMO; Disputas, libro VII.* — Cuando lo que se debe puramente se promete bajo condición para hacer novación, la novación no se hace desde luego, sino solamente cuando se hubiere cumplido la condición. Y por esto, si acaso estuviere comprendido Stico en la obligación, y hubiere fallecido estando pendiente la condición, no se verificará la novación, porque no subsiste la cosa al tiempo en que se cumple la condición. Por lo cual piensa Marcelo, que aunque después de la mora hubiera sido comprendido Stico en la obligación condicional, se purga la mora, y no es comprendido en la siguiente obligación.

§ 1.—Mas si para hacer novación alguno estipulara puramente lo que se debe bajo condición, ni aun entonces hace ciertamente desde luego la novación, aunque parezca que la estipulación pura produjo algún efecto, sino que hará la novación cuando se hubiere cumplido la condición; porque la condición al cumplirse da efecto á la primera estipulación, y transfiere á la segunda el efecto de aquélla. Y por esto, si acaso hubiera sido deportada estando pendiente la condición la persona del prometedor, escribe Marcelo, que ciertamente ni cumpliéndose la condición se verifica novación alguna, porque ahora, cuando se cumplió la condición, no hay persona que se obligue.

15. *JULIANO; Digesto, libro XIII.* — Si un acreedor había estipulado pena, si el dinero no hubiese sido pagado al vencimiento, no se incurre en la estipulación habiéndose hecho novación.

16. *FLORENTINO; Instituta, libro VIII.* — El esclavo no puede novar sin la voluntad de su señor una obligación ni aun relativa al peculio, sino que añade otra obligación más bien que hace novación de la primera.

17. *ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro VIII.* — Cualquiera puede delegar un deudor suyo por escrito, ó por seña, cuando no puede hablar.

18. *PAULO; Comentarios al Edicto, libro LVII.* — Por novación hecha legítimamente se liberan las hipotecas y las prendas, y no corren los intereses.

19. *EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXIX.* — La excepción de dolo, que se podía oponer al delegante, deja de tener lugar respecto á la persona del acreedor, á quien uno fué delegado. Y lo mismo es también respecto á las demás excepciones semejantes, aun respecto á la que en virtud del senadoconsulto se le da al hijo de familia; porque contra el acreedor, á quien fué delegado por el que había dado dinero en mútuo contra el senadoconsulto, no utilizará excepción, porque en esta promesa no se hace nada contra el senadoconsulto, con tanta más razón, cuanto que él no puede repetir lo pagado. Diversa cosa es tratándose de la mujer, que prometió contra el senadoconsulto; porque también en la segunda promesa hay afianzamiento. Lo mismo es en cuanto al menor, que, engañado, es delegado, porque, si aun todavía es menor, es engañado nuevamente; diferente cosa es, si ya pasó de la edad de veinticinco años, aunque todavía pueda ser restituído contra el primer acreedor. Mas se deniegan las excepciones contra el segundo acreedor,

(1) *superest, Vulg.*

(2) *secundam, Hal. Vulg.*

(3) *et hoc verum est. adicióna Vulg.*

(4) *Iulianus, Hal.*

(5) *qui, Hal.*

(6) *Senatusconsultum factum est; ideoque quod solverit, repetere non potest, tanto magis fit, quod, Vulg.*

aut etiam si sciat, dissimulare debet, ne curiosus videatur; et ideo merito denegandum (1) est adversus eum exceptionem ex persona debitoris.

20. IDEM libro LXXII. ad Edictum.—Novare possumus aut ipsi, si sui iuris sumus, aut per alios, qui voluntate nostra stipulantur.

§ 1.—Pupillus sine tutoris auctoritate non potest novare; tutor potest, si hoc pupillo expediat, item procurator omnium bonorum.

21. POMONIUS (2) libro I. ex Plautio.—Si debitorem meum iussero tibi solvere, non statim tu etiam stipulando id novare possis, quamvis debitor solvendo tibi liberaretur.

22. PAULUS libro XIV. ad Plautium.—Si quis absente me a debitore meo stipulatus est novandi animo, ego postea ratum habuero, novo obligationem.

23. POMONIUS libro III ex Plautio.—Filius patris actionem ignorante eo novare non potest.

24. IDEM libro V. ex Plautio.—Novatio non potest contingere ea stipulatione, quae non committitur. Nec huic contrarium est, quod, si stipulatus a Titio fuero novandi animo sub conditione, quod mihi Sempronius debet, et pendente conditione Titius decesserit, quamvis ante aditam hereditatem conditio extiterit, novatio fieret; hic enim morte promissoris non extinguitur stipulatio, sed transit ad heredem (3), cuius personam interim hereditas sustinet.

25. CELSUS libro I. Digestorum.—Non ideo novare veterem obligationem quisquam recte potest, quod interdum recte ei solvitur; nam et his, qui in nostra potestate sunt, quod ab his creditum est, recte interdum solvitur, quum nemo eorum per se novare priorem obligationem iure possit.

26. IDEM libro III. Digestorum.—Si is, cui decem Titius, quindecim Seius debebat, ab Attio (4) stipulatus est, quod ille aut quod ille debeat, dari sibi, novatum utrumque non est, sed in potestate Attii (5) est, pro quo velit solvere, et eum liberare; fingamus autem ita actum, ut alterutrum daret, nam alioquin utrumque stipulatus videtur, et utrumque novatum, si novandi animo hoc fiat.

27. PAPINIANUS (6) libro III. Responsorum.—Emtor, quum delegante venditore pecuniam ita promittit: «quidquid ex vendito dare facere oportet»

porque en los contratos y en los pactos privados no puede saber fácilmente el demandante qué es lo que se trató entre el que fué delegado y el deudor, ó, aun si lo supiera, debe disimularlo, para que no parezca curioso; y por esto, con razón se ha de denegar contra él la excepción por razón de la persona del deudor.

20. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXII.—Podemos hacer novación, ó por nosotros mismos, si somos de propio derecho, ó por medio de otros, que estipulan con nuestra voluntad.

§ 1.—El pupilo no puede hacer novación sin la autoridad del tutor; el tutor puede, si esto le conviniera al pupilo, y también el procurador de todos los bienes.

21. POMONIO; Doctrina de Plaucio, libro I.—Si yo le hubiere mandado á mi deudor que te pague, no puedes hacer inmediatamente novación en cuanto á esto aun estipulando, aunque el deudor pagándote quedaria libre.

22. PAULO; Comentarios á Plaucio, libro XIV.—Si alguno, estando yo ausente, estipuló de mi deudor con ánimo de hacer novación, y yo después lo ratificare, hago novación de la obligación.

23. POMONIO; Doctrina de Plaucio, libro III.—El hijo no puede hacer novación de una acción del padre, ignorándolo éste.

24. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro V.—No puede sobrevenir novación por la estipulación, que no tiene efecto. Y no es contrario á esto, que, si con ánimo de hacer novación bajo condición yo hubiere estipulado de Ticio lo que me debe Sempronio, y estando pendiente la condición hubiere fallecido Ticio, se haga la novación aunque la condición se hubiere cumplido antes de haber sido adida la herencia; porque en este caso no se extingue la estipulación con la muerte del prometedor, sino que pasa al heredero, cuya personalidad representa entretanto la herencia.

25. CELSO; Digesto, libro I.—No porque á veces se le paga á uno válidamente, puede hacer válidamente novación de una antigua novación; porque también á los que están bajo nuestra potestad se les paga á veces válidamente lo que por ellos se prestó, no pudiendo ninguno de ellos hacer por sí con arreglo á derecho novación de la obligación anterior.

26. EL MISMO; Digesto, libro III.—Si aquel, á quien Ticio le debía diez y Seyo quince, estipuló de Accio que se le diera lo que éste ó aquél debe, no se hizo novación respecto de una ni de otra cosa, sino que está en la facultad de Accio pagar por quien quiera, y liberarlo; pero suponemos que se convino que diese una ú otra cosa, porque de otro modo, se considera que estipuló una y otra cosa, y que se hizo novación respecto á ambas, si esto se hiciera con ánimo de hacer novación.

27. PAPINIANO; Respuestas, libro III.—El comprador, cuando haciendo delegación el vendedor prometió de este modo el dinero: «todo lo que por

(1) deneganda—exceptio, Hal. Vulg.

(2) Celsus, Hal.; Idem, Vulg.

(3) illius, inserta Vulg.

(4) Titio, Vulg.

(5) Titii, Vulg.

(6) Paulus, Hal. Vulg.

tet), novatione secuta usuras neutri post insecuti temporis debet.

28. IDEM libro II. Definitionum.—Fundum Cornelianum stipulatus, «quanti fundus est», postea stipulor; si non novandi animo secunda stipulatio facta est, cessat novatio; secunda vero stipulatio tenet, ex qua non fundus, sed pecunia debetur. Itaque si reus promittendi fundum solvat, secunda stipulatio iure non tollitur, nec si litem actor ex prima contestetur; denique meliore vel deteriore facto sine culpa debitoris postea fundo, praesens aestimatio fundo petito recte consideretur, in altera vero ea aestimatio venit, quae secundae stipulationis tempore fuit.

29. PAULUS libro XXIV. Quaestionum.—Aliam causam esse novationis voluntariae, aliam iudicii accepti, multa exempla ostendunt. Perit privilegium dotis et tutelae, si post divortium dos in stipulationem deducatur, vel post pubertatem tutelae actio novetur, si id specialiter actum est, quod nemo dixit lite contestata; neque enim deteriorem causam nostram facimus actionem exercentes, sed meliorem, ut solet dici in his actionibus, quae tempore vel morte finire possunt.

30. IDEM libro V. Responsorum.—Paulus respondit, si creditor a Sempronio novandi animo stipulatus esset, ita ut a primo (1) obligatione in universum discederetur, rursus easdem res a posteriore debitore sine consensu prioris obligari non posse.

31. VENULEIUS libro III. Stipulationum.—Si rem aliquam dari stipulatus sum, deinde eandem sub conditione novandi animo ab eodem stipuler, manere oportet rem in rebus humanis, ut novationi locus sit, nisi si per promissorem steterit, quominus daret; ideoque si hominem mihi dare te oporteat, et in mora fueris, quominus dares, etiam defuncto eo teneris; et si, priusquam decederet, quum iam mora facta sit, eundem a te sub conditione stipulatus fuero, et servus postea decesserit, deinde conditio extiterit, quum iam ex stipulatu obligatus es mihi, novatio quoque fiet.

§ 1.—Si duo rei stipulandi sint, an alter ius novandi habeat, quaeritur, et quid iuris unusquisque sibi adquisierit. Fere autem convenit, et uni recte solvi, et unum iudicium (2) petentem totam rem in litem deducere, item unius acceptilatione perimi utrisque obligationem; ex quibus colligitur, unumquemque perinde sibi adquisisse, ac si solus stipulatus esset, excepto eo, quod etiam facto eius, cum quo commune ius stipulantis est, amittere (3) debitorem potest. Secundum quae si unus ab aliquo stipuletur, novatione quoque liberare eum ab altero poterit, quum id specialiter agit, eo magis, quum eam stipulationem similem esse solutioni existime-

razón de la venta se debe dar y hacer», no debe, habiéndose seguido novación, intereses á ninguno de los dos por el tiempo transcurrido después.

28. EL MISMO; Definiciones, libro II.—Habiendo estipulado el fundo Corneliano, estipulo después «quanto vale el fundo»; si no se hizo la segunda estipulación con ánimo de hacer novación, deja de haber novación; pero es válida la segunda estipulación en virtud de la cual se debe, no el fundo, sino el dinero. Y así, si el reo de prometer entregara el fundo, no se extingue con arreglo á derecho la segunda estipulación, ni aun si el actor contestara la demanda en virtud de la primera; y finalmente, habiéndose mejorado ó deteriorado después sin culpa del deudor el fundo, se considerará con razón, habiéndose pedido el fundo, la estimación presente, pero en la otra se comprende la estimación que tuvo al tiempo de la segunda estipulación.

29. PAULO; Cuestiones, libro XXIV.—Muchos ejemplos demuestran que una es la causa de la novación voluntaria, y otra la del juicio aceptado. Fenece el privilegio de la dote y de la tutela, si después del divorcio fuera comprendida en estipulación la dote, ó después de la pubertad se novara la acción de la tutela, si especialmente se trató esto, lo cual nadie lo dijo habiéndose contestado la demanda; porque no empeoramos nuestra causa ejercitando la acción, sino que la mejoramos, como se suele decir tratándose de las acciones que se pueden extinguir con el tiempo ó con la muerte.

30. EL MISMO; Respuestas, libro V.—Paulo respondió, que si el acreedor hubiese estipulado de Sempronio con ánimo de hacer novación, de suerte que el primer deudor se separase por completo de la obligación, no se podían obligar de nuevo las mismas cosas por el deudor posterior sin el consentimiento del primero.

31. VENULEYO; Estipulaciones, libro III.—Si estipulé que se diera alguna cosa, y después estipulara del mismo la misma cosa bajo condición con ánimo de hacer novación, es conveniente que la cosa continúe existiendo, para que tenga lugar la novación, á no ser que en el prometedor consistiere no darla; y por esto, si tú debieras darme un esclavo, y hubieres sido moroso en darlo, estarás obligado aun habiendo fallecido él; y si, antes que falleciera, cuando ya se hubiera causado la mora, yo hubiere estipulado de tí el mismo esclavo bajo condición, y después falleciere el esclavo, y luego se cumpliere la condición, como ya antes me estás obligado en virtud de lo estipulado, se verificará también la novación.

§ 1.—Si hubiera dos reos de estipular, se pregunta si tendrá uno el derecho de hacer novación, y qué derecho habrá adquirido cada uno para sí. Mas se convino por regla general, que á uno se le paga bien, y que ejercitando uno solo la acción comprende todo el negocio en el litigio, y asimismo, que con la acceptilación de uno solo se extingue para ambos la obligación; de lo que se colige, que cada uno adquirió para sí, lo mismo que si él solo hubiese estipulado, salvo lo que también puede perder el deudor por hecho de aquel con quien es común el derecho del estipulante. Según lo que, si uno solo estipulara de alguno, también podrá liberarlo res-

(1) Esto es, debitore; prima. Hal. Vulg.
(2) unum in iudicio, Hal. Vulg.

(3) stipulandi est, admittere, Hal.

mus; alioquin quid dicemus, si unus delegaverit creditori suo communem debitorem, isque ab eo stipulatus fuerit, aut mulier fundum iusserit doti promittere viro, vel nuptura ipsi, doti eum promiserit? nam debitor ab utroque liberabitur.

32. PAULUS (1) *libro I. ad Neratium.*—Te hominem et Seium decem mihi dare oportet; stipulor ab altero novandi causa ita: «quod te aut Seium dare oportet»; utrumque novatur. Paulus: merito, quia utrumque in posteriorem deducitur stipulationem.

33. TRYPHONINUS *libro VII. Disputationum.*—Si Titius donare mihi volens delegatus a me creditori meo stipulanti spondit, non habebit adversus eum illam exceptionem, ut, quatenus facere potest, condemnetur; nam adversus me tali defensione merito utebatur, quia donatum ab eo petebam, creditor autem debitum persequitur.

34. GAUUS (2) *libro III. de verborum Obligationibus.*—Dubitari non debet, quin filius servusve, cui administratio peculii permissa est, novandi quoque pecuniaria debita ius habeat; utique si ipsi stipulentur, maxime si etiam meliorem suam conditionem eo modo faciunt. Nam si alium iubeant stipulari, interest, utrum donandi animo alium iubeant stipulari, an ut ipsi filio servove negotium gerat (3); quo nomine etiam mandati actio (4) peculio acquiritur.

§ 1.—Agnatum furiosi, aut prodigi curatorem novandi ius habere, minime dubitandum est, si hoc furioso vel prodigo expediat.

§ 2.—In summa admonendi sumus, nihil vetare, una stipulatione plures obligationes novari, veluti si ita stipulemur: «quod Titium et Seium mihi dare oportet, id dari spondes?» licet enim ex diversis causis singuli fuerant obligati, utriusque tamen novationis iure liberantur, quum utrisque obligatio in unius personam, a quo (5) nunc stipulemur, confluat.

TIT. III

DE SOLUTIONIBUS ET LIBERATIONIBUS
[Cf. *Cod. VIII. 43. (42.)*]

1. ULPIANUS *libro XLIII. ad Sabinum.*—Quoties quis debitor ex pluribus causis unum debitum solvit, est in arbitrio solventis dicere, quod potius debitum voluerit solutum; et quod dixerit, id erit solutum; possumus enim certam legem dicere ei, quod solvimus. Quoties vero non dicimus id, quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum ferat, dummodo in id constituat solutum, in quod ipse, si deberet, esset soluturus,

(1) Papinianus, *Hal.*
(2) Paulus, *Hal.*
(3) *negotia gerant, Vulg.*

pecto al otro por la novación, cuando esto lo hace especialmente, con tanta más razón, cuanto que estimamos que esta estipulación es semejante al pago; de otra suerte, ¿qué diremos, si uno solo le hubiere delegado á su propio acreedor un deudor común, y éste hubiere estipulado de él, ó si la mujer hubiere mandado que se le prometiera á su marido un fundo en dote, ó si la que se hubiera de casar se lo hubiere prometido en dote á él mismo? Porque el deudor quedará libre respecto á ambos.

32. PAULO; *Comentarios á Neracio, libro I.*—Tú me debes dar un esclavo, y Seyo la suma de diez; para hacer novación estipulo de otro: «lo que tú ó Seyo debeis dar»; se hace novación respecto á una y otra cosa. Y dice Paulo: con razón, porque una y otra cosa son comprendidas en la estipulación posterior.

33. TRIFONINO; *Disputas, libro VII.*—Si Ticio, queriendo hacerme donación, prometió habiendo sido delegado por mí á un acreedor mío que estipulaba, no tendrá contra él aquella excepción, para que no sea condenado á cuanto puede hacer; porque contra mí con razón utilizaba tal defensa, porque yo le pedía lo donado, pero el acreedor persiguelo adeudado.

34. GAYO; *De las obligaciones verbales, libro III.*—No se debe dudar, que el hijo ó el esclavo, á quien se le permitió la administración del peculio, tiene también el derecho de hacer novación respecto á deudas del peculio; ciertamente si ellos mismos estipularan, principalmente si también de este modo hacen mejor su propia condición. Porque si le mandaran á otro que estipulara, importa saber, si con ánimo de hacer donación le mandan á otro que estipule; ó para que administre el negocio para el mismo hijo ó para el esclavo; en cuyo nombre se adquiere para el peculio también la acción de mandato.

§ 1.—De ninguna manera se ha de dudar que el agnado del furioso, ó el curador del prodigo tienen el derecho de hacer novación, si esto le conviniera al furioso ó al prodigo.

§ 2.—En suma, debemos estar advertidos de que nada impide que con una sola estipulación se haga novación de muchas obligaciones, como si estipuláramos así: «prometes dar lo que Ticio y Seyo me deben dar?» porque aunque cada uno hubiera estado obligado por diversas causas, ambos quedan, sin embargo, libres por derecho de novación, porque la obligación para ambos va á la persona de aquel solo, de quien ahora estipulamos.

TÍTULO III

DE LOS PAGOS Y DE LAS LIBERACIONES
[*Véase *Cod. VIII. 43. (42.)**]

1. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XLIII.*—Siempre que un deudor por muchas causas paga una sola deuda, está al arbitrio del pagador decir qué deuda haya querido pagar preferentemente; y estará pagada la que hubiere dicho; porque podemos expresar cierta condición para lo que pagamos. Mas cuando no decimos qué es lo que se haya pagado, está al arbitrio del que cobra determinar por qué deuda lo da preferentemente por recibido,

(4) *de, inserta Vulg.*
(5) *qua, Vulg.*

quoque debito se exoneraturus esset, si deberet (1), id est in id debitum, quod non est in controversia, aut in illud, quod pro alio quis fideiusserat, aut cuius dies nondum venerat; aequissimum enim visum est, creditorem ita agere rem debitoris, ut suam ageret (2). Permittitur ergo creditor constituere, in quod velit solutum, dummodo sic constituamus, ut in re sua constitueret; sed constituere in re praesenti, hoc est statim atque solutum est (3).

2. FLORENTINUS libro VIII. *Institutionum*.—dum in re agenda hoc fiat, ut vel creditori liberum sit non accipere, vel debitori non dare, si alio nomine exsolutum quis eorum velit;

3. ULPIANUS libro XLIII. *ad Sabinum*.—ceterum postea non permittitur. Haec res efficit, ut in duriores causas semper videatur sibi debere accepto ferre, ita enim et in suo constitueret nomine.

§ 1.—Quodsi forte a neutro dictum sit, in his quidem nominibus, quae diem, vel conditionem (4) habuerunt, id videtur solutum, cuius dies venit;

4. POMPONIUS libro XIII. *ad Quintum Mucium*.—et magis quod meo nomine, quam quod pro alio fideiussorio nomine debeo, et potius quod cum poena, quam quod sine poena debetur, et potius quod satisdato, quam quod sine satisfactione debeo.

5. ULPIANUS libro XLIII. *ad Sabinum*.—In his vero, quae praesenti die debentur, constat, quoties indistincte quid solvitur, in graviores causas videri solutum; si autem nulla praegravet, id est, si omnia nomina similia fuerint, in antiquiores; gravior videtur, quae et sub satisfactione debetur (5), quam ea, quae pura est.

§ 1.—Si duos quis dederit fideiussores, potest ita solvere, ut unum liberet.

§ 2.—Imperator Antoninus cum Divo patre (6) suo rescripsit, quum distractis pignorum creditor pecuniam redigit, si sint usurae debitae, et aliae indebitae, quod solvitur in usuras, ad utramque causam usurarum, tam debeat, quam indebitarum pertinere; puta quaedam earum ex stipulatione, quaedam ex pacto naturaliter debebantur. Si vero summa usurarum debeat, et non debeat, non eadem sit, aequaliter ad utramque causam proficit, quod solutum est, non pro rata, ut verba Rescripti ostendunt. Sed si forte usurae non sint debitae, et quis simpliciter solverit, quas omnino non erat stipulatus, Imperator Antoninus cum Divo patre (7) suo rescripsit, ut in sortem cedant. Eidem autem Rescripto ita subiicitur: «quod generaliter constitutum est, prius in usuras numum solutum accepto ferendum, ad eas usuras videtur pertinere, quas debitor exsolvere cogitur; et, sicut ex pacti conventionem datae repeti non possunt, ita

con tal que lo determine pagado por lo que él mismo hubiese de haber pagado, si debiera, y de cuya deuda se hubiese de haber descargado él, si la debiera, esto es, por una deuda que no está en controversia, ó por la que uno había salido fiador por otro, ó cuyo vencimiento no había llegado todavía; porque pareció muy justo, que el acreedor obrara respecto á negocio del deudor, como obraría en cuanto al suyo propio. Así, pues, se le permite al acreedor determinar por cuál quiere que se haya pagado, con tal que lo determinemos, como uno lo determinaría en negocio suyo propio; pero determinar de presente, esto es, inmediatamente que se pagó,

2. FLORENTINO; *Instituta*, libro VIII. — con tal que al ejecutar la cosa esto se haga de modo, que el acreedor sea libre para no recibir, ó el deudor para no dar, si cualquiera de ellos quisiera haber pagado por otro título;

3. ULPIANO; *Comentarios á Sabino*, libro XLIII. — pero después no se le permite. Esto hará que siempre se considere que debe dar por recibido por la causa más gravosa, porque así también lo determinaría obrando en su propio nombre.

§ 1.—Pero si acaso no se hubiera dicho por ninguno de los dos, aquello se considera pagado por los créditos que tuvieron vencimiento ó condición, cuyo vencimiento ha llegado;

4. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio*, libro XIII. — y más bien lo que debo en mi nombre, que lo que por otro á título de fianza, y preferentemente le que se debe con pena, que lo que sin pena, y más bien lo que debo con fianza, que lo que sin fianza.

5. ULPIANO; *Comentarios á Sabino*, libro XLIII. — Mas respecto á lo que se debe en el día presente, es sabido, que siempre que se paga alguna cantidad indistintamente, se considera pagada por la causa más gravosa; mas si ninguna fuera más gravosa, esto es, si todos los créditos fueren semejantes, por el más antiguo; y se considera más gravoso lo que se debe bajo fianza, que lo que puramente.

§ 1.—Si alguno hubiere dado dos fiadores, puede pagar de modo que libre á uno solo.

§ 2.—El Emperador Antonino resolvió por rescripto, juntamente con su Divino padre, que cuando el acreedor recobra la suma habiendo enajenado las prendas, si hubiera intereses debidos, y otros indebidos, lo que se paga por intereses corresponde á ambas causas de intereses, tanto á la de los debidos como á la de los indebidos; por ejemplo, se debían algunos en virtud de estipulación, y otros, naturalmente, en virtud de pacto. Mas si no fuera la misma la suma de los intereses debidos y la de los no debidos, aprovecha igualmente á una y á otra causa lo que se pagó, no á prorata, como demuestran las palabras del rescripto. Pero si acaso los intereses no fueran debidos, y alguno hubiere pagado simplemente los que en absoluto no había estipulado, resolvió por rescripto el Emperador Antonino, juntamente con su Divino padre, que se apliquen al capital. Mas se añade así en el mismo rescripto: «lo que en general se halla establecido, que el dinero pagado se ha

(1) quoque debito — deberet, omitelas Hal.

(2) Taur. según corrección del códice Fl.; geret, la escritura original, Br.; gereret, Hal.

(3) debet, insertan Hal. Vulg.

(4) vel conditionem, consideráanse añadidas por antiguos copistas.

(5) Hal. Vulg.; videtur, et oddioe Fl.

(6) fratre, Vulg.

(7) fratre, Vulg.

proprio titulo non numeratae pro solutis ex arbitrio percipientis non habebuntur».

§ 3.—Apud Marcellum libro vicesimo Digestorum quaeritur, si quis ita caverit debitori, in sortem et usuras se accipere, utrum pro rata et sorti, et usuris decedat, an verò prius in usuras, et si quid superest, in sortem (1). Sed ego non dubito, quin haec cautio in sortem (2) et in usuras prius usuras admittat, tunc deinde si quid superfuerit, in sortem cedat;

6. PAULUS libro IV. ad Plautium.—nec enim ordo scripturae spectatur, sed potius ex iure sumitur id, quod agi videtur.

7. ULPIANUS libro XLIII. ad Sabinum.—Si quid ex famosa causa, et non famosa debeatur, id solum videtur, quod ex famosa causa debetur. Proinde si quid ex causa iudicati, et non iudicati, (3) debetur, id putem solum, quod ex causa iudicati debetur; et ita Pomponius probat. Ergo si ex causa, quae infitiatione crescit, vel poenali debetur, dicendum est, id solum videri, quod poenae habet liberationem.

8. PAULUS libro X. ad Sabinum.—Illud non in eleganter scriptum esse Pomponius ait, si par et dierum, et contractum causa sit, ex omnibus summis pro portione videri solum.

9. ULPIANUS libro XXIV. ad Sabinum.—Stipulatus sum, mihi aut Stichum servo Sempronii solvi; Sempronio solvi non potest, quamvis dominus servi sit.

§ 1.—Qui decem debet, partem solvendo in parte obligationis liberatur, et reliqua quinque sola in obligatione remanent. Item qui Stichum debet, parte Stichi data in reliquam partem tenetur; qui autem hominem debet, partem Stichi dando nihilominus hominem debere non desinit, denique homo adhuc ab eo peti potest; sed si debitor reliquam partem Stichi solverit, vel per actorem steterit, quominus accipiat, liberatur.

10. PAULUS libro IV. ad Sabinum.—Quod stipulatus ita sum: «mihi aut Titio?» Titius nec petere, nec novare, nec acceptum facere potest, tantumque ei solvi potest.

11. POMPONIUS libro VIII. ad Sabinum.—Si stipulatus fuero: «mihi aut pupillo dare?» promissor sine tutoris auctoritate solvendo pupillo liberabitur a me.

12. ULPIANUS libro XXX. ad Sabinum.—Vero procuratori recte solvitur. Verum autem accipere debemus eum, cui mandatum est vel specialiter, vel cui omnium negotiorum administratio mandata est.

de dar por recibido preferentemente por los intereses, se considera que se refiere á los intereses que el deudor es obligado á pagar; y así como no se pueden repetir los dados por virtud de convención de pacto, los pagados, no por un título propio, no se considerarán pagados á arbitrio del que los recibe.

§ 3.—Pregunta Marcelo en el libro veinte del Digesto, si, habiéndole uno asegurado al deudor que él recibía por el capital y por los intereses, se aplicará á prorata así al capital como á los intereses, ó si primeramente á los intereses, y, si algo queda, al capital. Pero yo no dudo que esta cautión por el capital y por los intereses admite primeramente los intereses, y luego después, si quedare algo, se aplicará al capital;

6. PAULO; *Comentarios á Plautio, libro IV.*—por que no se atiende al orden de la escritura, sino que más bien se deduce del derecho lo que se considera que se hace.

7. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XLIII.*—Si se debiera alguna cosa por una causa infamante y otra no infamante, se considera pagado lo que se debe por la causa infamante. Por consiguiente, si se debe algo por causa de cosa juzgada, y por la de cosa no juzgada, yo estimaría pagado lo que se debe por causa de cosa juzgada; y así lo aprueba Pomponio. Luego si se debe por causa que aumenta en fuerza de negativa, ó por causa penal, se ha de decir que se considera pagado lo que contiene liberación de la pena.

8. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro X.*—Dice Pomponio, que no sin discreción se escribió, que, si fuera igual la causa de los vencimientos y de los contratos, se consideraba pagado á proporción por todas las sumas.

9. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXIV.*—Estipulé que se me pagara á mí ó á Stico, esclavo de Sempronio; no se le puede pagar á Sempronio, aunque sea dueño del esclavo.

§ 1.—El que debe diez, pagando una parte, se libera de parte de la obligación, y quedan en la obligación solamente los cinco restantes. Asimismo, el que debe el esclavo Stico, habiendo dado parte de Stico está obligado á la restante parte; mas el que debe un esclavo, dando una parte de Stico, no deja, sin embargo, de deber el esclavo, y finalmente, se le puede pedir todavía el esclavo; mas si el deudor hubiere entregado la restante parte de Stico, ó en el actor hubiere consistido no recibirla, queda libre.

10. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro IV.*—Lo que yo estipulé así: «¿á mí ó á Ticio?», ni puede pedirlo Ticio, ni puede hacer respecto de ello novación, ni darlo por recibido, y solamente se le puede entregar á él.

11. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro VIII.*—Si yo hubiere estipulado: «¿prometes darme á mí ó al pupilo?», pagándole el prometedor al pupilo sin la autoridad del tutor, quedará libre respecto á mí.

12. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXX.*—Al verdadero procurador se le paga bien. Pero debemos tener por verdadero aquel á quien se le dió especialmente mandato, ó á quien le fué encomendada la administración de todos los negocios.

(1) Hal. Vulg.; sorte, et coddice Fl.

(2) Hal. Vulg.; sorte, et coddice Fl.

(3) et non iudicati, considerantur añadidas por antiguos copistas.

§ 1.—Interdum tamen et non procuratori recte solvitur, utputa (1) cuius stipulationi nomen insertum est, si quis stipuletur: «sibi aut Titio».

§ 2.—Sed et si quis mandaverit, ut Titio solvam, deinde vetuerit eum accipere, si ignorans prohibitum eum accipere, solvam, liberabor; sed si sciero, non liberabor.

§ 3.—Alia causa est, si mihi proponas stipulatum aliquem sibi aut Titio; hic enim etsi prohibeat me Titio solvere, solvendo tamen liberabor, quia certam conditionem habuit stipulatio, quam immutare non potuit stipulator.

§ 4.—Sed etsi non vero procuratori solvam, ratum autem habeat dominus, quod solutum est, liberatio contingit; rati enim habitio mandato comparatur.

13. IULIANUS libro LIV. Digestorum. — Ratum autem habere dominus debet, quum primum certior factus est; sed hoc *in pléto*. [cum laxamento et amplitudine], et cum quodam spatio temporis accipi debet, sicut in legato, quum de repellendo quaereretur, spatium quoddam temporis assumitur, nec minimum, nec maximum, et quod magis intellectu percipi, quam elocutione (2) exprimi possit (3).

14. ULPIANUS libro XXX. ad Sabinum. — Quodsi forte quis ita solvat, ut, nisi ratum habeatur, condicat, si dominus solutionem ratam non habuerit, condictio ei, qui solvit, competit.

§ 1.—Sunt quidam tutores, qui honorarii appellantur; sunt, qui rei notitiae gratia dantur, sunt, qui ad hoc dantur, ut gerant; et hoc vel pater adicit, ut unus, puta, gerat, vel voluntate tutorum uni committitur gestus, vel Praetor ita decernit. Dico igitur, cuicumque ex tutoribus fuerit (4) solutum, etsi honorariis, — nam et ad hos periculum pertinet —, recte solvi, nisi interdicta iis fuerit a Praetore administratio; nam si interdicta est, non recte solvitur. Idem dico, et si quis sciens suspectis postulatis solvat; nam iis interim videtur interdicta administratio.

§ 2.—Quodsi remoto solvit, ei solvit, qui tutor esse desiderat; et ideo non liberabitur.

§ 3.—Quid ergo, si ei solvit, in cuius locum curator erat constituendus, utputa relegato in perpetuum vel ad tempus? Dico, si ante solvit, quam substitueretur curator, oportere liberari.

§ 4.—Sed etsi ab futuro reipublicae causa solvit, recte solvit; quin imo et si absentis, si modo non est alius in locum eius substitutus.

§ 5.—Sive autem legitimi sunt, sive testamentarii, sive ex inquisitione dati, recte (5) vel uni solvitur.

§ 6.—Ei, qui notitiae gratia datus est, an recte solvatur, videndum est, quia ad instruendos contu-

48. MARCELLUS libro singulari Responsorum.— Titia, quum propter dotem bona mariti possideret, omnia pro domina egit, reditus exegit, et moventia distraxit; quaero, an ea, quae ex re mariti perceptit, in dotem ei reputari debeant. Marcellus respondit, reputationem eius, quod proponeretur, non iniquam videri; pro soluto enim magis habendum est, quod ex ea causa mulier percepit. Sed si forte usurarum quoque rationem arbiter dotis recuperandae habere debuerit, ita est computandum, ut, prout quidque ad mulierem pervenit, non ex universa summa decedat, sed prius in eam quantitatem, quam usurarum nomine mulierem consequi oportebat; quod non est iniquum.

49. MARCIANUS (1) libro singulari ad hypothecariam Formulam.— Solutam pecuniam intelligimus utique naturaliter, si numerata sit creditori. Sed et si iussu eius alii solvitur, vel creditori eius, vel futuro debitori, vel etiam ei, cui donaturus erat, absolvi debet. Ratam quoque solutionem si creditor habuerit, idem erit. Tutori quoque si soluta sit pecunia, vel curator, vel procurator, vel cuilibet successor, vel servo actori, proficiet ei solutio. Quodsi acceptum latum sit, quod stipulationis nomine hypotheca erat obligata, vel sine stipulatione accepta sit, solutionis quidem verbum non proficiet, sed satisfactionis sufficit.

50. PAULUS libro X. ad Sabinum.— Si, quum aurum tibi promissem, ignorantem, quasi aurum, aes solverim, non liberabor; sed nec repetam hoc quasi indebitum solutum, quod sciens feci; petentem tamen te aurum exceptione summovebo, si non reddas aes, quod accepisti.

51. IDEM libro IX. ad Edictum.— Dispensatori, qui ignorante debitore remotus est ab actu, recte solvitur, ex voluntate enim domini ei solvitur; quam si nescit mutata, qui solvit, liberatur.

52. ULPIANUS libro XIV. ad Edictum.— Satisfactio pro solutione est.

53. GAIUS libro V. ad Edictum provinciale.— Solvere pro ignorante et invito cuique licet, quum sit iure civili constitutum, licere etiam ignorantis invitique meliorem conditionem facere.

54. PAULUS libro LVI. ad Edictum.— Solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam, magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad numerum solutionem.

55. ULPIANUS libro LXI. ad Edictum.— Qui sic solvit, ut reciperet, non liberatur, quemadmo-

bre, es más rico. Así también opinaba que dejaba de tener lugar respecto al hijo de familia el Senadoconsulto Macedoniano, si el hijo hubiere recibido dinero en mutuo por causas necesarias, y lo hubiere perdido.

48. MARCELO; Respuestas, libro único.— Ticia, poseyendo por razón de la dote los bienes de su marido, obró en todo como dueña, cobró las rentas, y vendió los semovientes; pregunto, si se deberá computar para la dote lo que percibió de los bienes del marido. Marcelo respondió, que no parecía injusta la imputación de lo que se propone; porque más bien ha de ser considerado como pagado lo que por esta causa percibió la mujer. Pero si acaso el árbitro del recobro de la dote hubiere debido tener cuenta también de los intereses, se ha de hacer la computación de modo, que lo que va á poder de la mujer no se deduzca de toda la suma, sino antes para aquella cantidad que la mujer debía percibir por razón de intereses; lo que no es injusto.

49. MARCIANO; Comentarios á la fórmula hipotecaria, libro único.— Entendemos, á la verdad, que se pagó naturalmente el dinero, si hubiera sido entregado al acreedor. Pero también si por mandato de éste se le paga á otro, ó á un acreedor suyo, ó á un deudor futuro, ó aun á aquel á quien le había de hacer la donación, se debe absolver. Lo mismo será, también si el acreedor hubiere ratificado el pago. También le aprovechará el pago, si el dinero hubiera sido pagado al tutor, ó al curador, ó al procurador, ó á cualquier sucesor, ó á un esclavo administrador. Pero si se hubiera dado por recibido aquello por lo que se había obligado hipoteca por razón de estipulación, ó por lo que había sido recibida sin estipulación, no aprovechará ciertamente la palabra pago, sino que basta la de satisfacción.

50. PAULO; Comentarios á Sabino, libro X.— Si habiéndote yo prometido oro te hubiere pagado, ignorándolo tú, bronce, como si fuese oro, no quedará libre; pero no lo repetiré, como por pago indebito, porque lo hice á sabiendas; pero te repeleré con excepción al pedir tú el oro, si no devolvieras el bronce que recibiste.

51. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro IX.— Al administrador, que ignorándolo el deudor fué separado de la administración, se le paga bien, porque se le paga con la voluntad del señor; y si el que paga ignora que fué cambiada, queda libre.

52. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XIV.— La satisfacción se tiene por pago.

53. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro V.— A cualquiera le es lícito pagar por el que lo ignora y contra la voluntad de éste, porque se halla establecido en el derecho civil que es lícito hacer mejor la condición aun del que lo ignora y contra la voluntad de éste.

54. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LVI.— La palabra pago corresponde á toda liberación hecha de cualquier modo, y se refiere más bien á la substancia de la obligación, que al pago del dinero.

55. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXI.— El que paga de suerte que lo recobre, no queda

(1) Véase la nota 1., página 606.

dum non alienantur numi, qui sic dantur, ut recipiantur.

56. PAULUS libro LXII. (1) ad Edictum. — Qui mandat solvi, ipse videtur solvere.

57. ULPIANUS libro LXXVII. ad Edictum. — Si quis stipulatus fuerit decem in melle, solvi quidem mel potest, antequam ex stipulatu agatur, sed si semel actum sit, et petita decem fuerint, amplius mel solvi non potest.

§ 1.—Item si mihi aut Titio stipulatus fuero dari, deinde petam, amplius Titio solvi non potest, quamvis ante litem contestatam posset.

58. IDEM libro LXXX. ad Edictum. — Si quis offerenti se negotiis alienis bona fide solverit, quando liberetur? Et ait Iulianus, quum dominus ratum habuerit, tunc liberari. Idem ait, antequam dominus haberet ratum, an condici ex ea causa possit? Et ait interesse, qua mente solutio facta esset, utrum, ut statim debitor liberetur, an vero quum dominus ratum habuisset; priore casu contestim posse condici procuratori, et tunc demum extinguí conditionem, quum dominus ratum habuisset, posteriore tunc demum nasci conditionem, quum dominus ratum non habuisset.

§ 1.—Si creditor, cuius ignorantis procuratori solutum est, arrogandum se dederit, sive ratum habuit pater, rata solutio est, sive non habuit, repetere debitor potest.

§ 2.—Et si duo rei stipulandi sunt, quorum alterius absentis procuratori datum antequam is ratum haberet, interim alteri solutum est, in pendenti est posterior solutio ac prior, quippe incertum est, debitum, an indebitum exegerit.

59. PAULUS libro II. ad Plautium.—Si ita stipulatus sim: «mihi aut Titio dare spondes?» et debitor constituerit se mihi soluturum, quamvis mihi competat de constituta actio, potest adhuc adiecto solvere. Et si a filiofamilias mihi aut Titio stipulatus sim, patrem posse Titio solvere, quod in peculio est, scilicet si suo, non filii nomine solvere velit; dum enim adiecto solvitur, mihi solvi videtur. Et ideo si indebitum adiecto solutum sit, stipulatori posse condici Iulianus putat, ut nihil intersit, iubeam te Titio solvere, an ab initio stipulatio ita concepta sit.

60. IDEM libro IV. ad Plautium. — Is, qui alienum hominem in solutum dedit, usucapto homine liberatur.

61. IDEM libro V. ad Plautium. — In perpetuum (2), quoties id, quod tibi debeam, ad te pervenit, et tibi nihil absit, nec quod solutum est, repeti possit, competit liberatio.

libre, á la manera que no se enajena el dinero que se da de modo que se recobre.

56. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXII. — Se considera que el que manda que se pague paga él mismo.

57. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXVII. — Si alguno hubiere estipulado diez en miel, se puede entregar ciertamente la miel antes que se ejercite la acción de lo estipulado, pero una vez que se haya ejercitado, y que se hubieren pedido los diez, no se puede ya pagar con miel.

§ 1.—Asimismo, si yo hubiere estipulado que se me dé á mi, ó á Ticio, y después pidiera yo, no se puede ya pagar á Ticio, aunque se pudiera antes de contestada la demanda.

58. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXX. — Si alguno hubiere pagado de buena fe al que se ofrece para los negocios de otro, ¿cuando quedaría libre? Y dice Juliano, que entonces queda libre cuando el dueño lo hubiere ratificado. El mismo dice, ¿antes que el dueño lo ratifique, se podría ejercitar la condición por esta causa? Y dice que interesa saber con qué intención haya sido hecho el pago, si para que quede libre el deudor inmediatamente, ó cuando el dueño lo haya ratificado; que en el primer caso se puede reclamar por la condición inmediatamente al procurador, y que la condición se extingue solamente cuando el dueño hubiese hecho la ratificación, y que en el segundo nace la condición solamente cuando el dueño no hubiese hecho la ratificación.

§ 1.—Si el acreedor, á cuyo procurador se le pagó ignorándolo él, se hubiere dado en arrogación, si el padre lo ratificó, el pago es válido, y si no lo ratificó, puede repetirlo el deudor.

§ 2.—Y si hay dos reos de estipular, y al procurador de uno de ellos, que está ausente, se le dió, y antes que él lo ratificase se le pagó entretanto al otro, queda en suspenso el segundo pago así como el primero, porque es incierto si habrá exigido cosa debida ó indebida.

59. PAULO; Comentarios á Plautio, libro II.—Si yo hubiera estipulado así: «prometes darme, ó á Ticio?» y el deudor hubiere determinado que me pagará, aunque me competa la acción por el dinero constituido, puede todavía pagarme al adjunto. Y si de un hijo de familia hubiera yo estipulado para mí ó para Ticio, el padre puede pagarme á Ticio lo que hay en el peculio, á saber, si quisiera pagar en su propio nombre, no en el de su hijo; porque pagándole al adjunto, se considera que me paga. Y por lo tanto, si al adjunto se le hubiera pagado lo no debido, opina Juliano que se le puede reclamar por la condición al estipulante, de suerte que nada importe que yo te mande que le pagues á Ticio, ó que desde un principio se haya formulado así la estipulación.

60. EL MISMO; Comentarios á Plautio, libro IV. — El que dió en pago un esclavo ajeno, se libra de la obligación habiendo sido usucapido el esclavo.

61. EL MISMO; Comentarios á Plautio, libro V.—Siempre que lo que yo te deba haya ido á tu poder, y nada te falte, y no pueda ser repetido lo que se pagó, compete á perpetuidad la liberación.

(1) II., considérase añadida por antiguos copistas.

(2) In perpetuum, omittelas Vulg.

62. IDEM libro VIII. ad Plautium.—Dispensatorem meum testamento liberum esse iussi, et peculium ei legavi; is post mortem meam a debitoribus pecunias exegit; an heres meus retinere ex peculio eius, quod exegit, possit, quaeritur. Et si quidem post aditam hereditatem exegerit pecuniam, dubitari non debet, quin de peculio eo (1) nomine retineri nihil debeat, quia (2) liber factus incipit debere, si liberantur solutione debitores. Quum vero ante aditam hereditatem pecuniam accepit dispensator, si quidem liberantur debitores ipsa solutione, non est dubium, quin de peculio id retinendum sit, quia incipit debere hic heredi quasi negotiorum gestorum, vel mandati actione. Si vero non liberantur, illa quaestio est, quum negotium meum gerens a debitoribus meis acceperis, deinde ego ratum non habuero, et mox agere velim negotiorum gestorum actione, an utiliter agam, si caveam, te indemnem futurum. Quod quidem ego non puto; nam sublata est negotiorum gestorum actio eo, quod ratum non habui, et (3) per hoc debitor mihi constituitur.

63. IDEM libro IX. ad Plautium.—Si debitor sit servi fructuarius, potest is servus per acceptilationem liberare eum; videbitur enim ex re eius acquirere; idem in pacto dicemus.

64. IDEM libro XIV. ad Plautium.—Quum iussu meo id, quod mihi debes (4), solvis creditori meo, et tu a me, et ego a creditore meo liberor.

65. POMPONIUS libro I. ex Plautio.—Si filia furiosi a viro diverterit, dictum est, vel agnato curatori (5) voluntate filiae, vel filiae (6) consentiente agnato solvi dotem.

66. IDEM libro VI. ex (7) Plautio.—Si pupilli debitor iubente eo sine tutoris auctoritate pecuniam creditori eius numeravit, pupillum quidem a creditore liberat, sed ipse manet obligatus, sed exceptione se tueri potest. Si autem debitor pupilli non fuerat, nec pupillo condicere potest, qui sine tutoris auctoritate non obligatur, nec creditori, cum quo alterius iussu contraxit; sed pupillus in quantum locupletior factus est, utpote debito liberatus, utili actione tenebitur.

67. MARCELLUS libro XIII. Digestorum.—Si quis duos homines promiserit, et Stichum solverit, poterit eiusdem Stichi dominium postea consecutus dando liberari. In numis minor vel prope nulla dubitatio est; nam et apud Alfenum Servius eum, qui minus (8) a debitore suo accipere et liberare eum vellet, respondit, posse saepius aliquos numos accipiendo ab eo, eique retro dando, ac rursus accipiendo id efficere, veluti si centum debitorem decem acceptis liberare creditor velit, ut, quum decem acceperit, eadem ei retro reddat, mox ab eo

62. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro VIII.—Dispuse en mi testamento que fuese libre mi administrador, y le legué el peculio; después de mi muerte cobró de mis deudores cantidades; se pregunta, si podría mi heredero retener de su peculio lo que cobró. Y si verdaderamente hubiere cobrado dinero después de adida la herencia, no se debe dudar que por tal título no debe retener nada del peculio, porque, hecho libre, comienza á deber, si los deudores quedan libres de la obligación con el pago. Pero cuando el administrador recibió el dinero antes de adida la herencia, si verdaderamente quedan libres con el mismo pago los deudores, no es dudoso que aquello se haya de retener del peculio, porque él comienza á deberle al heredero como por la acción de gestión de negocios, ó por la de mandato. Mas si no quedan libres, hay la cuestión, de si, cuando siendo gestor de negocio mío hubieres cobrado de mis deudores, y luego yo no lo hubiere ratificado, y después quisiera ejercitar la acción de gestión de negocios, la ejercitaré tílmente, si yo diera caución de que quedarás indemne. Lo que ciertamente yo no creo; porque se quitó la acción de gestión de negocios porque yo no hice la ratificación, y por esto se constituye deudor respecto á mí.

63. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro IX.—Si el deudor fuera usufructuario de un esclavo, puede este esclavo librarlo de la obligación por la aceptilación; porque se considerará que adquiere con cosa de él; y lo mismo diremos respecto á un pacto.

64. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro XIV.—Cuando por mandato mío le pagas á mi acreedor lo que me debes, tú quedas libre respecto á mí, y yo respecto á mi acreedor.

65. POMPONIO; Doctrina de Plaucio, libro I.—Si la hija de un loco se divorciare de su marido, se dijo que la dote se pagaba con la voluntad de la hija al curador agnado, ó á la hija consintiéndolo el agnado.

66. EL MISMO; Doctrina de Plaucio, libro VI.—Si un deudor del pupilo pagó por mandato de éste, sin la autoridad del tutor, una cantidad á un acreedor del mismo, libra ciertamente del acreedor al pupilo, pero él mismo permanece obligado, aunque puede ampararse con excepción. Mas si no había sido deudor del pupilo, ni puede reclamarle por la condición al pupilo, el cual no se obliga sin la autoridad del tutor, ni al acreedor, con el cual contrató por mandato de otro; pero el pupilo estará obligado, como habiendo quedado libre de la deuda, á cuanto se hizo más rico.

67. MARCELO; Digesto, libro XIII.—Si alguno hubiere prometido dos esclavos, y hubiere entregado á Stico, habiendo conseguido después el dominio del mismo Stico, podrá quedar libre de la obligación dándolo. Tratándose de dinero es menor ó casi ninguna la duda; porque, según Alfenus, Servio respondió, que el que quisiera recibir de su deudor menor cantidad y liberarlo, podía hacer esto recibiendo de él muchas veces algunas monedas devolviéndoselas, y recibíendolas de nuevo, como si un acreedor quisiera liberar, ha-

(1) meo, Hal.

(2) Taur. al margen; qua, en el texto, Br.

(3) ut — constituitur, Hal.

(4) debet solvi, solvis, Hal.

(5) Taur.; curatore, el códice Fl., Br.

(6) Taur. según la escritura original; illa, la corrección del códice Fl., Br.

(7) Taur.; ad, el códice Fl., Br.

(8) nummos por minas, Vulg.

accipiat, ac novissime retineat, etsi in dubitationem a quibusdam hoc male deducatur, quod non possit videri is, qui ita accepit, ut ei, a quo accepit, retro reddat, solvisse potius, quam decessisse (1).

68. *IDEM libro XVI. Digestorum.* — Servus decem dare iussus pupillo et liber esse, si heres sit pupillus, sive tantum conditio in eum collata sit, an absente quoque tutore pupillo dando libertatem consequatur? moveris (2) comparatione conditionis, quae constitit in facto, veluti: «si pupillo servierit», quae potest impleri citra interventum quoque tutoris. Et quid, inquis (3), si curatorem habeat, et si furioso dare iussus sit, an curatori dando liberetur? et finge alicui fundum legatum, si dedisset pupillo furioso. Et sciendum est, in omnibus istis casibus tutori quidem vel curatori utiliter dependi, ipsis autem, id est furioso vel pupillo, non recte persolvi, ne datio ex illorum imbecillitate pereat; nec enim hoc egit testator, ut, quoquo modo esset datum, expleta videretur conditio.

69. *CELSUS libro XXIV. Digestorum.* — Si hominem, in quo usufructus alienus est, vel qui erat pignori Titio obligatus, noxae dedisti, poterit is, cui condemnatus es, tecum agere iudicati; nec expectabimus, ut creditor evincat (4); sed si usufructus interierit, vel dissoluta fuerit pignoris obligatio, existimo processuram liberationem.

70. *IDEM libro XXVI. Digestorum.* — Quod certa die (5) promissum est, vel statim dari potest; totum enim medium tempus ad solvendum promissori liberum relinqui intelligitur.

71. *IDEM libro XXVII. Digestorum.* — Quum decem mihi aut Titio dari stipulatus quinque accipiam, reliquum promissor recte Titio dabit.

§ 1.—Si fideiussor procuratori creditoris solvit, et creditor post tempus, quo liberari fideiussor poterit, ratum habuit, tamen quia fideiussor, quum adhuc ex causa fideiussionis teneretur, solvit, nec repetere potest, nec minus agere adversus reum mandati potest, quam si tum praesenti dedisset.

§ 2.—Item si ignorans creditor procuratori suo solum servo debitoris filiove acceptum fecerit, postea autem rescierit, et ratum habuerit, confirmetur solutio; et quod acceptum latum sit, nullius momenti est; et contra si ratum non habuerit, quod acceptum fecerit, confirmatur.

§ 3.—Sed si ignorans solum litem contestatus est, si pendente iudicio ratum habuit, absolvi oportet.

biendo recibido diez, al deudor de ciento, de modo que, cuando hubiere recibido los diez se los devolviese, y luego los recobrará de él, y por último, los retuviera, aunque malamente se ponga esto en duda por algunos, porque no se pueda considerar que el que recibió algo, para devolvérselo á aquel de quien lo recibió, haya pagado más bien que no que se haya separado de la obligación.

68. *EL MISMO; Digesto, libro XVI.* — El esclavo á quien se le mandó que diera diez á un pupilo y que fuera libre, si el pupilo fuera heredero, ó si solamente la condición hubiera sido referida á él, ¿conseguirá la libertad dándose los al pupilo aun estando ausente el tutor? Vacilarás por la comparación de la condición, que consiste en un hecho, por ejemplo: «si le prestare servidumbre al pupilo», la cual se puede cumplir aun sin la intervención del tutor. Y ¿qué dirás, si tuviera curador, y si se le hubiera mandado que le diera á un furioso? ¿Quedaría libre dándole al curador? Y supón, que á uno se le legó un fundo, si le hubiese dado algo á un pupilo ó á un furioso. Y se ha de saber, que en todos estos casos se le paga válidamente al tutor ó al curador, pero que á ellos mismos, esto es, al furioso ó al pupilo, no se les paga bien, á fin de que la cosa dada no perezca por la debilidad de los mismos; porque el testador no hizo esto para que de cualquier modo que se hubiese dado se considerase cumplida la condición.

69. *CELSE; Digesto, libro XXIV.* — Si entregaste por noxa el esclavo, sobre el cual era de otro el usufructo, ó que en prenda estaba obligado á Ticio, podrá aquel, á cuyo favor fuiste condenado, ejercitar contra tí la acción de cosa juzgada; y no esperaremos á que el acreedor haga evicción de él; pero si se hubiere extinguido el usufructo, ó se hubiere disuelto la obligación de prenda, estimo que será procedente la liberación.

70. *EL MISMO; Digesto, libro XXVI.* — Lo que se prometió para cierto día puede ser dado aun inmediatamente; porque se entiende que al prometedor se le deja libre todo el tiempo intermedio para pagar.

71. *EL MISMO; Digesto, libro XXVII.* — Cuando habiendo estipulado que á mí ó á Ticio se den diez, yo hubiere recibido cinco, el prometedor le dará válidamente á Ticio los restantes.

§ 1.—Si el fiador le pagó al procurador del acreedor, y el acreedor lo ratificó después del tiempo en que el fiador pudiese quedar libre, sin embargo, como el fiador pagó cuando todavía estaba obligado por causa de la fianza, ni puede repetirlo, ni puede ejercitar contra el reo la acción de mandato, no de otra suerte que si entonces lo hubiese dado á él estando presente.

§ 2.—Asimismo, si ignorando el acreedor que se le habia pagado á su procurador le hubiere dado por pagado á un esclavo ó á un hijo del deudor, pero después lo hubiere sabido, y lo ratificare, se confirma el pago; y es de ningún valor lo que se hubiera dado por recibido; y por el contrario, si no lo hubiere ratificado, se confirma lo que hubiere dado por recibido.

§ 3.—Pero si ignorando que se había pagado contestó la demanda, es conveniente que sea ab-

(1) dedisse, *Hal. Vulg.*; cessasse, otros en *Hal.*

(2) moveri se, *Hal.*

(3) inquit, *Hal. Vulg.*

(4) creditor eum vindicat, *Hal.*

(5) in certum diem, *Vulg.*

tet illum, cum quo actum est; si ratum non habuit, condemnari.

72. MARCELLUS (1) libro XX. Digestorum. — Qui decem debet, si ea obtulerit creditori, et ille sine iusta causa ea accipere recusavit, deinde debitor ea sine sua culpa perdiderit, doli mali exceptione potest se tueri, quamquam aliquando interpellatus non solverit; etenim non est aequum teneri pecunia amissa, quia non teneretur, si creditor accipere voluisset. Quare pro soluto id, in quo creditor accipiendo moram fecit, oportet esse. Et sane si servus erat in dote, eumque obtulit maritus, et is servus decessit, aut numos obtulit, eosque non accipiente muliere perdiderit, ipso iure desinet teneri.

§ 1.—Quum Stichum mihi deberes, et in solvendo moram fecisses, sub conditione eum promisisti; pendente ea Stichus decessit; videamus, an, quia novari prior obligatio non potest, petitio servi competat ea, quae competeret, si non intercessisset stipulatio. Sed in promptu (2) contradictio est, debitorum, quum stipulanti creditori sub conditione promisit, non videri in solutione hominis cessasse; nam verum est, eum, qui interpellatus dare noluit, offerentem postea periculo liberari.

§ 2.—Sed quid, si ignorante debitore ab alio creditor eum stipulatus est? Hic quoque existimandus est periculo debitor liberatus, quemadmodum si quolibet nomine eius servum offerente stipulator accipere noluisse.

§ 3.—Idem responsum est, si quis, quum surreptus sibi servus esset, sub conditione stipulatus fuerit, quidquid furem dare facere oportet; nam et fur conditione liberatur, si dominus oblatum sibi accipere noluit; si tamen, quum in provincia forte servus esset, intercesserit stipulatio; et finge, priusquam facultatem eius nancisceretur fur vel promissor, decessisse servum, non poterit rationi, quam supra reddidimus, locus esse (3); non enim obtulisse eum propter absentiam intelligi potest.

§ 4.—Stichum aut Pamphilum stipulatus sum, quum esset meus Pamphilus; nec si meus esse desierit, liberabitur promissor Pamphilum dando; neutrum enim videtur in Pamphilo homine constituisse, nec obligatio, nec solutio. Sed ei, qui hominem dari stipulatus est, unum etiam ex his, qui tunc stipulatori servierant, dando promissor liberatur; vi quidem ipsa et hic ex his (4) dari stipulatus est, qui eius non erat; fingamus ita stipulatum: «hominem ex his, quos Sempronius reliquit, dare spondes?» quum tres Sempronius reliquisset, eorumque aliquem stipulatoris fuisse; num mortuis duobus, qui alterius erant, supererit ulla (5) obligatio, videamus. Et magis est, deficere stipulationem, nisi ante mortem duorum desierit esse reliquus servus stipulatoris.

§ 5.—Qui hominem debebat, Stichum, cui liber-

suelto aquel contra quien se ejercitó la acción, si lo ratificó estando pendiente el juicio; y que sea condenado si no lo ratificó.

72. MARCELO; Digesto, libro XX. — El que debe diez, si los hubiere ofrecido á su acreedor, y éste rehusare recibirlos sin justa causa, y luego el deudor los hubiere perdido sin culpa suya, puede ampararse con la excepción de dolo malo, aunque habiendo sido alguna vez requerido no los hubiere pagado; porque no es justo que esté obligado por el dinero perdido, porque no lo estaria, si el acreedor hubiese querido recibirlo. Por lo cual debe ser considerado como pagado aquello que el acreedor fué moroso en recibir. Y á la verdad, si había un esclavo en la dote, y el marido lo ofreció, y este esclavo falleció, ó si ofreció cantidades, y no recibíendolas la mujer las hubiere perdido, de derecho dejará de estar obligado.

§ 1.—Debiéndome tú el esclavo Stico, y habiendo sido moroso en entregármelo, lo prometiste bajo condición; pendiente ésta falleció Stico; veamos, si, porque no se puede novar la primera obligación, competará para pedir el esclavo la acción, que competaría, si no hubiese mediado la estipulación. Pero la contradicción es inmediata, pues no se considera que dejó de hacer la entrega del esclavo el deudor, habiéndolo prometido bajo condición al acreedor que lo estipulaba; porque es verdad que el que habiendo sido requerido no quiso darlo, se libra de la pérdida ofreciéndolo después.

§ 2.—Pero ¿qué se dirá, si, ignorándolo el deudor, el acreedor lo estipuló de otro? También en este caso se ha de estimar que el deudor quedó libre de la pérdida, á la manera que, si habiéndolo ofrecido cualquiera en nombre de él, no hubiese querido el estipulante recibir el esclavo.

§ 3.—Lo mismo se respondió, si alguno, habiéndosele hurtado un esclavo, hubiere estipulado bajo condición que el ladrón debe dar ó hacer alguna cosa; porque también el ladrón queda libre de la condición, si el dueño no quiso recibir el esclavo habiéndosele ofrecido; pero si la estipulación hubiere mediado hallándose, por ejemplo, el esclavo en la provincia, y, supón, que antes que el ladrón ó el prometedor consiguiese tenerlo hubiese fallecido el esclavo, no podrá tener lugar la razón, que antes hemos dicho; porque no se puede entender que lo ofreció por causa de su ausencia.

§ 4.—Estipulé el esclavo Stico ó Pánfilo, siendo mio Pánfilo; ni aun si hubiere dejado de ser mio, quedará libre el prometedor dando á Pánfilo; porque ni una ni otra cosa, ni la obligación ni el pago, se considera que subsistieron respecto al esclavo Pánfilo. Pero el prometedor queda libre dándole, al que estipuló que se le diese un esclavo, aun uno de los que entonces prestaban servidumbre al estipulante; ciertamente que por fuerza también éste estipuló que se le diera uno que no era de él; suponemos que estipuló así: «prometes dar un esclavo de los que dejó Sempronio?», habiendo dejado Sempronio tres, y siendo del estipulante alguno de ellos; veamos si muertos los dos, que eran del otro, subsistirá alguna obligación. Y es más cierto que no tiene eficacia la estipulación, á no ser que antes de la muerte de los dos hubiere dejado de ser del estipulante el otro esclavo.

§ 5.—Uno, que debía un esclavo, entregó á Stico,

(1) Martianus, Vulg.

(2) Hal. Vulg.; promptum, et códice Fl.

(3) servum, non poterit rationi, quam supra reddidimus,

locus esse; consideranse añadidas por antiguos copistas.

(4) liberatur vi quidem ipsa; et et ex his, Hal.

(5) illa, Hal.

tas ex causa fideicommissi praestanda est, solvit; non videtur liberatus (1), nam vel minus hic servum dedit, quam ille, qui servum nondum noxa solutum. Num ergo et si vispellionem aut alias turpem dederit hominem, idem sit? Et sane datum negare non possumus. Sed differt haec species a prioribus; habet enim servum, qui ei auferri non possit.

§ 6.—Promissor servi eum debet hominemolvere, quem, si velit stipulator, possit ad libertatem perducere.

73. IDEM libro XXXI. (2) Digestorum. — Ob triginta numos pecuniae creditae fideiussorem in viginti dedi, et pignus in decem (3); ex venditione autem pignoris creditor decem consecutus est; utrum ex universitate id decedit, ut quidam putant, (4) si in solvendis decem nihil debitor dixisset, an, sicut ego puto, in totis decem fideiussori contingit liberatio, quia hoc dicendo potuit (5) efficere debitor, ut, ubi non dixit, id potius solutum (6) existimetur, quod satisdato debeatur? Magis tamen existimo, licuisse creditori in id, quod solus debebat reus, accepto referre.

74. MODESTINUS libro III. Regularum.—Id, quod poenae nomine a debitore exactum est, lucro debet cedere creditoris.

75. IDEM libro VIII. Regularum. — Sicut acceptilatio in eum diem praecedentes perimit (7) actiones, ita et confusio; nam si debitor heres creditori extiterit, confusio hereditatis perimit (8) petitionis actionem.

76. IDEM libro VI. Responsorum. — Modestinus respondit, si post solutum sine ullo pacto omne, quod ex causa tutelae debeatur, actiones post aliquod intervallum cessae sint, nihil ea cessione actum, quum nulla actio superfuerit; quodsi ante solutionem hoc factum est, vel quum convenisset, ut mandarentur actiones, tunc solutio facta esset, mandatum subsecutum est, salvae esse mandatas actiones, quum novissimo quoque casu pretium magis mandatarum actionum solutum, quam actio, quae fuit, perempta videatur.

77. IDEM libro VII. Pandectarum. — In liberto antiquior contractus operarum esse non potest, sine quo libertas ei data non esset.

78. JAVOLENUS libro XI. ex Cassio. — Si alieni numi in scio vel invito domino soluti sunt, manent eius, cuius fuerunt; si mixti essent, ita ut discerni non possent, eius fieri, qui accepit, in libris Gaii scriptum est, ita ut actio domino cum eo, qui dedisset, furti competere.

79. IDEM libro X. Epistolarum. — Pecuniam,

al cual se le debía dar la libertad por causa de fideicomiso; no parece que quedó libre de la obligación, porque aun menos dió este un esclavo, que el que dió un esclavo todavía no exento de noxa. Luego ¿será acaso lo mismo, también si hubiere dado un esclavo sepulturero, ó uno de otro oficio torpe? Y verdaderamente no podemos negar que se dió. Pero este caso difiere de los anteriores; porque tiene un esclavo, que no se le puede quitar.

§ 6.—El promotor de un esclavo debe entregar aquel esclavo, al cual, si el estipulante quisiera, pueda darle la libertad.

73. EL MISMO; Digesto, libro XXXI.— Por causa de treinta monedas de dinero prestado dió fiador en cuanto á veinte, y prenda por diez; mas de la venta de la prenda obtuvo diez el acreedor; ¿se deducen estos de la totalidad, como opinan algunos, si el deudor no hubiese dicho nada al pagar los diez, ó, según yo creo, tiene lugar para el fiador la liberación por todos los diez, porque el deudor pudo hacer esto diciéndolo, de modo que, cuando no lo dijo, se estime más bien que se pagó lo que se debe con fianza? Pero más bien creo que le fué lícito al acreedor dar por recibido por lo que debía el deudor solo.

74. MODESTINO; Reglas, libro III.— Lo que de un deudor se cobró á título de pena debe ceder en lucro del acreedor.

75. EL MISMO; Reglas, libro VIII.— Así como la aceptación extingue hasta aquel día las acciones precedentes, así también la confusión; porque si el deudor hubiere quedado heredero del acreedor, la confusión extingue la acción de petición de herencia.

76. EL MISMO; Respuestas, libro VI.— Modestino respondió, que si, después de haberse pagado sin pacto alguno todo lo que se debía por causa de tutela, hubieran sido cedidas después de algún intervalo las acciones, no se hizo nada con esta cesión, porque no habría quedado ninguna acción; pero si esto se hizo antes del pago, ó se hubiese hecho el pago cuando se hubiese convenido que se cedieran las acciones, se verificó el mandato de que quedasen á salvo las acciones cedidas, porque también en el último caso se considera más bien que se pagó el precio de las acciones cedidas, que no que se extinguió la acción que hubo.

77. EL MISMO; Pandectas, libro VII.— Tratándose de un liberto no puede haber contrato más antiguo que el de servicios, sin el cual no se le habría dado la libertad.

78. JAVOLENO; Doctrina de Cassio, libro XI.— Si fueron dados en pago dineros ajenos ignorándolo su dueño ó contra su voluntad, permanecen siendo de aquel de quien fueron; si hubiesen sido mezclados, de suerte que no se pudieran distinguir, se halla escrito en los libros de Gayo, que se hacen del que los recibió, de modo que al dueño le competiría la acción de hurto contra el que los hubiese dado.

79. EL MISMO; Epistolas, libro X.— Si yo te man-

(1) similitudine modo si solverit servum, qui noxa solutus non est, non liberabitur; item qui hominem noxae deditum solvit, non liberabitur, inserta Hal. Vulg.

(2) I., considerasse añadida por antiguos copistas.

(3) in decem; considerans añadidas por antiguos copistas.

(4) ac, inserta Hal.

(5) Hal.; hoc, inserta el códice Fl.

(6) Hal. Vulg.; soluturum, el códice Fl.

(7) Hal. Vulg.; peremit, el códice Fl. según costumbres.

(8) Hal. Vulg.; peremit, el códice Fl. según costumbres.

quam mihi debes, aut aliam rem, si in conspectu meo ponere te iubeam, efficitur, ut et tu statim libereris, et mea esse incipiat; nam tum quod a nullo corporaliter eius rei possessio detineretur, acquisita mihi, et quodammodo manu longa tradita existimanda est.

80. POMPONIUS libro IV. ad Quintum Mucium.—Prout quidque contractum est, ita et solvi debet, ut, quum re contraxerimus, re solvi debet, veluti quum mutuum dedimus, ut retro pecuniae tantundem solvi debeat. Et quum verbis aliquid contraximus, vel re vel verbis obligatio solvi debeat; verbis, veluti quum acceptum promissori fit, re, veluti quum solvit, quod promisit. Aequè quum emtio, vel venditio, vel locatio contracta est, quoniam consensu nudo contrahi potest, etiam dissensu contractio dissolvi potest.

81. IDEM libro VI. ad Quintum Mucium.—Si stipulatus sim mihi aut Titio dari, si Titius decesserit, heredi eius solvere non poteris.

§ 1.—Si lancem deposuerit apud me Titius, et pluribus heredibus relictis decesserit, si pars heredum me interpellat, optimum quidem esse, si Praetor aditus iussisset me parti heredum eam lancem tradere; quo casu depositi me reliquis coheredibus non teneri; sed etsi sine Praetore sine dolo malo hoc fecero, liberabor, aut (1), quod verius est, non incidam in obligationem; optimum autem est, id per magistratum facere.

82. PROCULUS libro V. Epistolarum.—Si, quum Cornelius fundum suum, nomine Seiae, viro eius doti dedisset, nec de eo reddendo quidquam cavisset, fecit, ut inter se vir et Seia paciscerentur, ut divortio facto is fundus Cornelio redderetur, non puto divortio facto virum vetante Seia eum fundum Cornelio tuto (2) redditurum esse, sicuti si, quum pactum conventum nullum intercessisset, divortio facto mulier iussisset (3) eum fundum Cornelio reddi, deinde, antequam redderetur, vetuisset, non tuto redderetur; sed si, antequam Seia vetaret, Cornelio eum fundum reddidisset, nec causam habuisset existimandi, id invita Seia se (4) facturum esse, nec melius, nec aequius esse existimarem eum fundum Seiae reddi.

83. POMPONIUS libro XIV. ex variis Lectionibus.—Si tuo servo credidero, eumque redemero, et is manumissus mihi solverit, non repetet.

84. PROCULUS libro VII. Epistolarum.—Egisti de peculio servi nomine cum domino; non esse liberatos fideiussores eius respondit; at si idem servus ex peculio suo, permissa administratione pecu-

dara que pusieras á mi vista el dinero que me debes, ú otra cosa, resulta que inmediatamente quedas libre, y que comienza á ser mía; porque como entonces no estaria retenida corporalmente por nadie la posesión de esta cosa, ha de ser considerada adquirida para mí, y entregada en cierto modo mediatemente.

80. POMPONIO; Comentarios á Quinto Mucio, libro IV.—De la manera que se contrató alguna cosa debe ser cumplido el contrato, de suerte que, cuando se haya contratado mediante una cosa, se debe pagar con la cosa, ó, cuando hayamos dado en mútuo, se debe devolver otra tanta cantidad. Y cuando contratamos verbalmente alguna cosa, la obligación se debe disolver ó con la cosa, ó verbalmente; verbalmente, como cuando al prometedor se le da por pagado, con la cosa, como cuando entrega lo que prometió. Igualmente, cuando se contrató compra, ó venta, ó locación, como quiera que se pueden contratar por el nudo consentimiento, se pueden disolver también por el disentimiento contrario.

81. EL MISMO; Comentarios á Quinto Mucio, libro VI.—Si yo te hubiera estipulado que se me dé á mí, ó á Ticio, si Ticio hubiere fallecido, no podrás pagarle á su heredero.

§ 1.—Si Ticio hubiere depositado en mi poder un plato, y hubiere fallecido dejando muchos herederos, si parte de los herederos me demandase, es ciertamente lo mejor, si habiéndose recurrido al Pretor me hubiese mandado que le entregue este plato á parte de los herederos; en cuyo caso no quedo obligado por la acción de depósito á los demás coherederos; pero aunque esto yo lo hubiere hecho sin la intervención del Pretor sin dolo malo, quedaré libre, ó, lo que es más cierto, no incurriré en la obligación; pero es lo mejor hacer esto por medio del magistrado.

82. PROCULO; Epistolas, libro V.—Si habiendo Cornelio dado en dote un fundo suyo á nombre de Seia al marido de ésta, y no habiendo convenido nada sobre su devolución, hizo que entre si pactaran el marido y Seia, que, hecho el divorcio, este fundo fuese devuelto á Cornelio, no creo que hecho el divorcio haya de devolverle el marido este fundo con seguridad á Cornelio prohibiéndolo Seia, así como si, no habiendo mediado ningún pacto convenido, la mujer hubiese dispuesto, hecho el divorcio, que este fundo fuera devuelto á Cornelio, y después, antes que fuera devuelto, lo hubiese prohibido, no sería devuelto con seguridad; pero si, antes que Seia lo vedase, le hubiese devuelto este fundo á Cornelio, y no hubiese tenido causa para estimar que esto lo hacía él contra la voluntad de Seia, yo no estimaría que fuese mejor ni más equitativo que este fundo fuese restituído á Seia.

83. POMPONIO; Asuntos varios, libro XIV.—Si yo le hubiere prestado á un esclavo tuyo, y hubiere comprado á éste, y manumitido éste me hubiere pagado, no lo repetirá.

84. PROCULO; Epistolas, libro VII.—Ejercitaste á nombre del esclavo la acción de peculio contra su señor; respondió, que no quedaron libres sus fiadores; pero si el mismo esclavo, habiéndosele permiti-

(1) Taur. según corrección del códice Fl.; autem, la escritura original, Br.

(2) tuto, omittenda Hal. Vulg.

(3) Hal. Vulg.; iussit, el códice Fl.

(4) Vulg.; se, omittenda el códice Fl.

lii, numos solvisset, liberatos esse fideiussores eius recte legisti.

85. CALLISTRATUS libro I. *Edicti monitorii*.—Solidum non solvitur, non minus quantitate, quam die.

86. PAULUS libro VIII. *ad Edictum*.—Hoc iure utimur, ut litis procuratori non recte solvatur; nam et absurdum est, cui iudicati actio non datur, ei ante rem iudicatam solvi posse; si tamen ad hoc datus sit, ut et solvi (1) possit, solvendo ei (2) liberabitur.

87. CELSUS libro XX. *Digestorum*.—Quodlibet debitum solum a procuratore meo non repeto, quoniam, quum quis procuratorem omnium rerum suarum constituit, id quoque mandare videtur, ut creditoribus suis pecuniam solvat, neque postea expectandum est, ut ratum habeat.

88. SCAEVOLA libro V. *Digestorum*.—Filiae intestato patri heredis negotia mater gessit, et res vendendas per argentarios dedit, idque ipsum codice conscriptum est; argentarii universum redactum venditionis solverunt, et post solutionem novem fere annis, quidquid agendum erat, nomine pupillae mater egit, eamque marito nuptum collocavit, et res ei tradidit; quaesitum est, an puella cum argentariis aliquam actionem habet, quando non ipsa stipulata sit pretium rerum, quae in venditionem (3) datae sunt, sed mater? Respondit, si de eo quaeretur, an iure ea solutione argentarii liberati essent, responderi iure liberatos. Claudius: subest enim illa ex iurisdictione pendens quaestio, an pretia rerum, quae sciebant esse pupillae, bona fide solvisse videantur matri, quae ius administrationis non habebat. Ideoque, si hoc sciebant, non liberantur, scilicet si mater solvendo non sit.

89. IDEM libro XXIX. *Digestorum*.—Ex pluribus causis et chirographis creditor ita cavuit: «Titius Maevius dico me accepisse, et habere, et accepto tulisse a Caio Titio reliquum omne, ratione posita eius pecuniae, quam mihi Stichus, Caii Titii servus, caverat» (4); quaesitum est, an ex ceteris chirographis, quae non Stichus cavuit, sed ipse debitor, integra manet actio (5) ex reliquis chirographis per ipsum debitorem cautis? Respondit, eam solum obligationem dissolutam, ex qua solum proponeretur.

§ 1.—Lucius Titius ex duobus chirographis, quibus quadringenta ei a Seio debebantur, altero centum, altero trecentum (6), scripsit Seio, ut unius chirographi centum per Maevium et Septicium sibi mitterentur; quaero, an Seius, si Maevio et Septicio ex trecentum (7) quoque solvisse se dicat, liberatus sit. Respondit, si nec mandavit, ut ex tre-

do la administración del peculio, hubiese pagado de su peculio el dinero, perfectamente entendiste que quedaron libres sus fiadores.

85. CALISTRATO; *Del Edicto Monitorio, libro I.*—No se paga íntegramente, no menos por la cantidad, que por el vencimiento.

86. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro VIII.*—Observamos el derecho de que no se pague válidamente al procurador de un litigio; porque también es absurdo que al que no se le da la acción de cosa juzgada se le pueda pagar antes de juzgada la cosa; pero si hubiera sido nombrado para esto, para que también se le pueda pagar, se quedará libre pagándole á él.

87. CELSO; *Digesto, libro XX.*—No puedo repetir una deuda cualquiera pagada por mi procurador, porque, cuando alguno nombró procurador de todos sus negocios, se considera que le encomienda también que les pague el dinero á sus acreedores, y después no se ha de esperar que lo ratifique.

88. SCAEVOLA; *Digesto, libro V.*—Una madre administró los negocios de la hija heredera de su padre intestado, y dió cosas para que fuerán vendidas por cambistas, y esto mismo se consignó en el libro de cuentas; los cambistas pagaron la totalidad de lo recogido de la venta, y unos nueve años después del pago la madre hizo á nombre de la pupila todo cuanto se habia de hacer, la colocó en matrimonio, y le entregó los bienes; se preguntó, ¿tiene la joven alguna acción contra los cambistas, no habiendo estipulado ella misma, sino su madre, el precio de las cosas, que fueron dadas para la venta? Respondió, que si se preguntaba si en derecho habian quedado libres los cambistas con aquel pago, se contestaba que quedaron libres en derecho. Y dice Claudio: queda, pues, pendiente de la jurisdicción la cuestión de si se considerará que de buena fe pagaron los precios de las cosas, que sabían que eran de la pupila, á la madre, que no tenia el derecho de administración. Y por ello, si sabían esto, no quedan libres, en el caso de que la madre no fuera solvente.

89. EL MISMO; *Digesto, libro XXIX.*—En virtud de varias causas y quirógrafos declaró así un acreedor: «Yo, Ticio Mevio, digo que recibí, y que tengo, y que di por recibido de Cayo Seyo todo el resto, habida cuenta de aquel dinero de que me dió caución Stico, esclavo de Cayo Ticio»; se preguntó, ¿subsiste por los demás quirógrafos, por los que no dió caución Stico, sino el mismo deudor, íntegra la acción dimanada de los demás quirógrafos asegurados por el mismo deudor? Respondió, que se disolvió aquella sola obligación por que se expone que se pagó.

§ 1.—Lucio Ticio, en virtud de dos quirógrafos, por los cuales se le debian á Seyo cuatrocientos, en uno ciento, en otro trescientos, escribió á Seyo, que se le enviasen por medio de Mevio y de Septicio los ciento de un quirógrafo; pregunto, si Seyo habrá quedado libre, si dijera que también les pagó á Mevio y á Septicio por los trescientos. Respondió, que,

(1) *Taur.* según la escritura original; el, inserta la corrección del códice Fl., Br.

(2) *Hal. Vulg.*; eo, el códice Fl.

(3) *Hal. Vulg.*; venditione, el códice Fl.

(4) *Taur.* según la escritura original; caveret, la corrección del códice Fl., Br.

(5) id est, inserta *Vulg.*; ex reliquis—cautis? omitelas *Hal.*

(6) trecenta, *Hal.*; altero trecentum, consideransse añadidas por antiguos copistas.

(7) trecentia, *Hal.*

centum (1) solveretur, nec solutum ratum habuit, non esse liberatum.

§ 2.—Lucius Titius duabus stipulationibus, una quindecim sub usuris maioribus, altera viginti sub usuris levioribus, Seium eadem die obligavit, ita ut viginti prius solverentur, id est idibus Septembribus; debitor post diem utriusque stipulationis cedentem solvit viginti sex, neque dictum est ab altero, pro qua stipulatione solveretur; quaero, an, quod solutum est, eam stipulationem exoneraverit, cuius dies ante cessit, id est, ut viginti sortis soluta videantur, et in usuras eorum sex data. Respondit, magis id accipi, ex usu esse.

90. IDEM libro XXVI. *Digestorum*.—Filius, qui administrabat ut heres paterna bona, pecuniam ex his Sempronio mutuam dedit, et eandem particulatim recepit; deinde se abstinent, quia minor annis erat, ab ea hereditate; quaesitum est, curator bonorum patris constitutus an adversus Sempronium utilem actionem habet? Respondit, nihil proponi, cur non is, qui solvisset id, quod mutuum ita acceperat, liberatus esset.

91. LABEO (2) libro VI. *Pithanon a Paulo epitomatorum*.—Si debitor tuus non vult a te liberari, et praesens est, non potest invitus a te solvi. Paulus: imo debitorem tuum etiam praesentem, etiam invitum liberare ita poteris, supponendo, a quo debitum novandi causa stipuleris; quod etiamsi acceptum non feceris, tamen statim, quod ad te attinet, res peribit, nam et petentem te doli mali praescriptio excludet.

92. POMONIUS libro IX. *Epistolarum*.—Si mihi alienum servum dari promiseris, aut testamento dare iussus fueris, isque servus, antequam per te stare, quominus dares, a domino manumissus sit, haec manumissio morti similis sit; si autem decessisset, non tenearis.

§ 1.—Sed et si quis servum, quem dari promisit, heres a domino scriptus statuliberum (3) dederit, liberatur.

93. SCAEVOLA libro singulari *Quaestionum publice tractatarum*.—Si duo rei sint stipulandi, et alter alterum heredem scripsit, videndum, an confundatur obligatio. Placet, non confundi. Quo bonum est hoc dicere? Quod si intendat dari sibi oportere, vel ideo dari oportet ipsi, quod heres extitit, vel ideo, quod proprio nomine ei deberetur. Atquin magna est huius rei differentia; nam si alter ex reis pacti conventi temporali exceptione summoveri poterit, intererit, is, qui heres extitit, utrumne suo nomine, an hereditario experiatur, ut ita possit animadvertere, exceptioni locus sit, nec ne.

§ 1.—Item si duo rei sint promittendi, et alter alterum heredem scripsit, (4) confunditur obligatio.

§ 2.—Sed et si reus heredem fideiussorem scri-

si no mandó que se pagase por los trescientos, ni lo ratificó, no quedó libre.

§ 2.—Lucio Ticio, en virtud de dos estipulaciones, una por quince con intereses mayores, y otra por veinte con intereses menores, obligó en el mismo día a Seyo, de suerte que los veinte fuesen pagados primeramente, esto es, en los idus de Septiembre; el deudor pagó veintiseis después de vencer el término de una y de otra estipulación, y no se dijo por el otro por qué estipulación se pagaba; pregunto, si lo que se pagó habrá descargado la estipulación cuyo plazo venció antes, esto es, de modo que los veinte se consideren pagados por el capital, y dados los seis por sus intereses. Respondió, que más bien se admitía que esto era lo conforme al uso.

90. EL MISMO; *Digesto, libro XXVI*.—Un hijo, que administraba como heredero los bienes paternos, le dió de ellos dinero en mútuo á Sempronio, y lo recobró por partes; después se abstuvo de aquella herencia, porque era menor de edad; se preguntó, ¿tiene el curador nombrado para los bienes del padre la acción útil contra Sempronio? Respondió, que nada se exponía para que no hubiese quedado libre el que hubiese pagado lo que así había recibido en mútuo.

91. LABEON; *Dichos recopilados por Paulo, libro VI*.—Si tu deudor no quiere quedar libre respecto á ti, y está presente, no puede ser liberado por tí contra su voluntad. Y dice Paulo: antes bien, podrás liberar á tu deudor también estando presente, aun contra su voluntad, substituyendo otro de quien estipules por causa de novación la deuda; porque aunque tú no la hubieres dado por recibida, se extinguirá, sin embargo, inmediatamente, en cuanto te atañe, el negocio, pues la proscripción de dolo malo te excluirá también á ti al reclamar tú.

92. POMPONIO; *Epistolas, libro IX*.—Si me hubieres prometido darme un esclavo ajeno, ó en testamento se te hubiere mandado darlo, y este esclavo hubiera sido manumitido por su dueño, antes que en tí consistiera no darlo, esta manumisión es semejante á la muerte; pero si hubiese fallecido, no estarás obligado.

§ 1.—Pero aun si el esclavo, que uno prometió dar, lo hubiere dado instituido libre bajo condición el heredero instituido por el dueño, éste queda libre.

93. SCAEVOLA; *Cuestiones tratadas en público, libro único*.—Si hubiera dos reos de estipular, y uno instituyó á otro como heredero, se ha de ver, si se confundirá la obligación. Y está determinado, que no se confunde. ¿Y por qué es conveniente decir esto? Porque si sostuviera que se le debe dar á él, ó se le debe dar á él porque quedó heredero, ó porque se le debería en nombre propio. Mas en esto hay grande diferencia; porque si uno de los reos pudiere ser repelido con la excepción temporal del pacto convenido, importará saber si el que quedó heredero ejercitará la acción en su propio nombre, ó como heredero, á fin de que así puedas saber si habrá lugar, ó no, á la excepción.

§ 1.—Asimismo, si hubiera dos reos de prometer, y el uno instituyó heredero al otro, se confunde la obligación.

§ 2.—Pero si el deudor hubiere instituido here-

(1) trescentis, Hal.
(2) Idem, Hal.

(3) statim liberum, Hal.
(4) non, inserta Hal. Vulg.

psertit, (non) (1) confunditur obligatio; et quasi generale quid retinendum est, ut, ubi ei obligationi, quae sequelae locum obtinet, principalis accedit, confusa sit obligatio, quoties duae sint principales, altera alteri potius adiici (2) ad actionem, quam confusionem parere videatur (3).

§ 3.—Quid ergo si fideiussor reum heredem scripserit? Confundetur obligatio secundum Sabini sententiam, licet Proculus dissentiat.

94. PAPINIANUS libro VIII. *Quaestionum*. — Si is, cui numos debitor solvit alienos, numis integris pergat petere, quod sibi debeatur, nec offerat, quod accepit, exceptione doli summovebitur.

§ 1.—Sin autem communes numos credam, aut solvam, confestim pro parte mea nascetur et actio, et liberatio, sive in singulis numis communionem pro indiviso quis esse intelligat, sive in pecunia non corpora cogitet, sed quantitatem.

§ 2.—Sed et si fideiussor alienos numos in causam fideiussionis dedit, consumptis his mandati agere potest; et ideo si eam pecuniam solvat, quam surripuerat, mandati aget, postquam furti, vel ex causa conditionis praestiterit.

§ 3.—Favius (4) Ianuarius Papiniano salutem. Quum Titius Caio Seio deberet ex causa fideicommissi certam quantitatem, et tantundem eidem ex alia causa, quae peti quidem non poterat, ex solutione autem petitionem (5) non praestat (6), Titii servus actor absente domino solvit eam summam, quae efficeret (7) ad quantitatem unius debiti, cautumque est ei solum ex universo credito (8); quaero, id, quod solum est, in quam causam acceptum videtur? Respondi, si quidem Titio Seius ita cavisset, ut sibi solum ex universo credito significaret, crediti appellatio solam (9) fideicommissi pecuniam demonstrare videtur, non eam, quae petitionem quidem non habet, solutione autem facta repeti pecunia non potest; quum vero servus Titii actor absente domino pecuniam solverit, ne dominium quidem numerorum in eam speciem obligationis, quae habuit auxilium exceptionis, translatum foret, si ex ea causa solutio facta proponeretur, quia non est verosimile dominum ad eam speciem solvendis pecuniis servum praeposuisse, quae solvi non debuerunt, non magis, quam ut numos peculiares ex causa fideiussionis, quam servus non ex utilitate peculii suscepit, solveret.

95. IDEM libro XXVIII. *Quaestionum*. — «Stichum aut Pamphilum, utrum ego velim, dare spondes?» altero mortuo, qui vivit solus petetur, nisi si mora facta sit in eo mortuo, quem petitor elegit; tunc enim perinde solus ille, qui decessit, praebetur, ac si solus in obligationem deductus fuisset.

§ 1.—Quodsi promissoris fuerit electio, defuncto

(1) non, omittenda Hal. Vulg.
 (2) Hal.; additur, et códice Fl.
 (3) Hal.; videatur, omittenda el códice Fl.
 (4) Flavius, Vulg.
 (5) repetitionem, acertadamente el códice citado por Br.

dero al fiador, no se confunde la obligación; y debe tenerse como regla general, que cuando á la obligación, que tiene el caracter de secuela, se agrega la principal, se confunde la obligación, y que cuando las dos son principales se considera más bien que la una se agrega á la otra para la acción, que no que produce la confusión.

§ 3.—Luego ¿qué se dirá, si el fiador hubiere instituido heredero al deudor? Que se confundirá la obligación según la opinión de Sabino, aunque de ella disienta Próculo.

94. PAPINIANO; *Cuestiones, libro VIII*.—Si aquel, á quien el deudor paga con dinero ajeno, persistiera, estando íntegro el dinero, en pedir lo que se le debiese, y no ofreciera lo que recibió, será rechazado con la excepción de dolo.

§ 1.—Mas si yo prestara, ó pagara, con dinero común, nacerán inmediatamente respecto á mi parte acción y liberación, ya si alguien entendiera que sobre cada moneda tenia comunidad indivisa, ya si respecto al dinero atendiera no á cada moneda, sino á la cantidad.

§ 2.—Pero si el fiador dió por causa de fianza dinero ajeno, consumido éste, puede también ejercitar la acción de mandato; y por esto, si pagara con el dinero que había sustraído, ejercitará la acción de mandato, después de haberlo entregado por la de hurto ó por causa de la condición.

§ 3.—Favio Januario á Papiniano, salud. Debiéndole Ticio á Cayo Seyo cierta cantidad por causa de fideicomiso, y otra tanta al mismo por otra causa, que ciertamente no podía ser pedida, pero que no daba acción para pedirla en virtud del pago, el esclavo administrador de Ticio pagó, estando ausente su señor, una suma, que bastaria para la cuantía de una sola deuda, y se le dió caución de que se había pagado por todo el crédito; pregunto, ¿por qué causa se considera recibido lo que se pagó? Respondi, que si verdaderamente á Ticio le hubiese dado Seyo caución, de suerte que significara que se le pagó por la totalidad del crédito, se considera que la denominación de crédito indicaba solamente el importe del fideicomiso, no el dinero que no llevaba consigo acción para pedirlo, pero que hecho el pago no puede ser reclamado el dinero; pero que cuando el esclavo administrador de Ticio hubiere pagado estando ausente su señor el dinero, no se habría transferido ciertamente el dominio del dinero á aquella especie de obligación, que tenia el recurso de la excepción, si se expusiese que el pago se hizo en virtud de esta causa, porque no es verosímil que el señor hubiese encargado al esclavo de pagar esta especie de deudas, que no se debieron pagar, no de otra suerte, que para que pagase con dinero del peculio por causa de una fianza, de que el esclavo no se encargó por utilidad del peculio.

95. EL MISMO; *Cuestiones, libro XXVIII*.—«¿Prometes dar el esclavo Stico ó Pánfilo, el que yo quiera de los dos?» Muerto uno, se pedirá solamente el que vive, á no ser que se haya causado mora respecto al muerto, que eligió el demandante; porque entonces se responderá solamente del que murió, lo mismo que si éste solo hubiese sido comprendido en la obligación.

§ 1.—Pero si la elección fuere del prometedor, fa-

(6) praestabat, Hal.
 (7) sufficeret, Hal. Vulg.
 (8) debito, Vulg.
 (9) Taur. según la escritura original; soll, la corrección del códice Fl., Br.; soltus, Hal. Vulg.

altero, qui superest, aequae peti poterit. Enimvero si factio debitoris alter sit mortuus, quum debitoris esset electio, quamvis interim non alius peti possit, quam qui solvi etiam potest, neque defuncti offerri aestimatio potest, si forte longe fuit vilior, quoniam id pro petitore in poenam promissoris constitutum est, tamen si et (1) alter servus postea sine culpa debitoris moriatur, nullo modo ex stipulatu agi poterit, quum illo in tempore, quo moriebatur, non commiserit, stipulationem. Sane quoniam impunita non debent esse admissa, doli actio non immerito desiderabitur; aliter, quam in persona fideiussoris, qui promissum hominem interfecit, quia tenetur ex stipulatu actione fideiussor, quem admodum tenebatur, si debitor sine herede decessisset.

§ 2.—Aditio hereditatis nonnunquam iure confundit obligationem, veluti si creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hereditatem; aliquando pro solutione cedit, si forte creditor, qui pupillo sine tutoris auctoritate numos crediderat, heres ei extitit; non enim quanto locupletior pupillus factus est, consequeretur, sed in solidum creditum suum ex hereditate retinet; aliquando evenit, ut inanis obligatio aditione hereditatis confirmetur; nam si heres, qui restituerit ex Trebelliano hereditatem, fideicommissario heres extiterit, vel mulier, quae pro Titio intercesserat, eidem heres extiterit, incipit obligatio civilis propter hereditatem eius, qui iure tenebatur, auxilium exceptionis amittere; etenim inconditum (2) est, subvenire sexui mulieris, quae suo nomine periclitetur.

§ 3.—Quod vulgo iactatur, fideiussorem, qui debitori heres extitit, ex causa fideiussionis liberari, toties verum est, quoties rei plenior promittendi obligatio invenitur. Nam si reus duntaxat fuit obligatus, fideiussor liberabitur; e contrario non potest dici, non tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam et personalem habuit defensionem; nam si minori vigintiquinque annis bonae fidei pecuniam credidit, isque numos acceptos perdidit, et intra tempora in integrum restitutionis decessit herede fideiussore, difficile est dicere, causam iuris honorarii, quae potuit auxilio minori esse, retinere fideiussoris obligationem, quae principalis fuit, et cui fideiussoris accessit sine contemplatione iuris praetorii. Auxilium igitur restitutionis fideiussori, qui adolescenti heres extitit, intra constitutum tempus salvum erit.

§ 4.—Naturalis obligatio, ut pecuniae numeratione, ita iusto pacto, vel iureiurando ipso iure tollitur, quod vinculum aequitatis, quo solo sustinebatur, conventionis aequitate dissolvitur; ideoque fideiussor, quem pupillus dedit, ex istis causis liberari dicitur.

§ 5.—Quaesitum est, an ita stipulari quis possit: «mihi aut filio meo decem dari?» vel ita: «mihi aut patri?» Sed non incommode potest adhiberi distinctio, ut filio quidem stipulante patris tunc adiciatur persona, quum stipulatio ei acquiri non possit, e contrario autem nihil prohibeat patre stipulante

llecido uno, podrá ser igualmente pedido el que sobrevive. En efecto, si uno hubiera muerto por hecho del deudor, siendo del deudor la elección, aunque mientras tanto no se pueda pedir otro que el que todavía puede ser entregado, ni se puede ofrecer la estimación del fallecido, si acaso fué muy inferior, porque esto fué establecido á favor del demandante en pena del prometedor, sin embargo, si también falleciera después el otro esclavo sin culpa del deudor, no se podrá ejercitar de ningún modo la acción de lo estipulado, porque al tiempo en que murió no había tenido efecto la estipulación. Mas como no deben quedar impunes las culpas, se reclamará no sin razón la acción de dolo; lo contrario que tratándose de la persona del fiador, que mató al esclavo prometido, porque el fiador está obligado por la acción de lo estipulado, á la manera que estaría obligado, si el deudor hubiese fallecido sin heredero.

§ 2.—La adición de la herencia confunde en derecho alguna vez la obligación, por ejemplo, si el acreedor hubiere adido la herencia del deudor, ó al contrario, el deudor la del acreedor; otras veces equivale á pago, por ejemplo, si el acreedor, que sin la autoridad del tutor había prestado dinero á un pupilo, quedó heredero de éste; porque no obtendría aquello en que el pupilo se hizo más rico, sino que recobra de la herencia integramente su crédito; y á veces sucede, que una obligación baldía se convalida con la adición de la herencia; porque si el heredero, que en virtud del senadoconsulto Trebelliano hubiere restituido la herencia, quedare heredero del fideicomisario, ó si la mujer, que había salido fiadora de Ticio, hubiere quedado heredera del mismo, la obligación civil comienza á perder, por razón de la herencia del que estaba obligado con arreglo á derecho, el recurso de la excepción; porque no se observa que se preste auxilio al sexo de la mujer, que en su propio nombre se expone al peligro.

§ 3.—Lo que vulgarmente se dice, que el fiador, que fué heredero del deudor, queda libre de la fianza, es verdad siempre y cuando se halla obligación más plena del reo de prometer. Porque si solamente estuvo obligado el reo, quedará libre el fiador; por el contrario, no se puede decir que no se extingue la obligación del fiador, si el deudor tuvo su propia y personal defensa; porque si á un menor de veinticinco años de buena fe le prestó dinero, y éste perdió el dinero recibido, y falleció dentro del tiempo de la restitución por entero, dejando heredero al fiador, es difícil decir que la causa del derecho honorario, que pudo servirle de auxilio al menor, retenga la obligación del fiador, que fué la principal, y á la cual se agregó la del fiador sin contemplación del derecho pretorio. Así, pues, al fiador, que quedó heredero del adolescente, le quedará salvo el auxilio de la restitución dentro del tiempo establecido.

§ 4.—La obligación natural se extingue de derecho, así como por la entrega de la cantidad, por justo pacto ó juramento, porque el vínculo de equidad, en que solamente se apoyaba, se disuelve con la equidad de la convención; y por esto se dice que el fiador, que el pupilo dió, queda libre por tales causas.

§ 5.—Se preguntó, si uno podría estipular así: «que se me darán á mí, ó á mi hijo, diez?» ó así: «¿á mí, ó á mi padre?» Pero no fácilmente se puede hacer la distinción de que, estipulando ciertamente el hijo, se puede agregar entonces la persona del padre, cuando para él no se pueda adquirir

(1) tametsi, *Ital. Vulg.*(2) interdictum, *Vulg.*

fili personam adiici, quum toties quod pater filio stipulatur, sibi stipulatus intelligitur, quum ipse sibi stipulatus non est, et in proposito manifestum est, non obligationis, sed solutionis gratia filii personam adiectam.

§ 6.—Usumfructum mihi aut Titio dari stipulatus sum; Titio capite deminuto facultas solvendi Titio non intercidit, quia et sic stipulari possumus: «mihi aut Titio, quum capite minutus erit, dari?»

§ 7.—Nam si furiosi vel pupilli persona adiecta sit, ita tutori vel curatori pecunia recte dabitur, si conditionis quoque implendae (1) causa recte pecunia tutori vel curatori datus; quod quidem Laheo et Pegasus putaverunt utilitatis causa recipiendum. Idque ita recipi potest, si pecunia in rem vel pupilli, vel furiosi versa est; quomodo, si domino iussus dare servo dedisset, ut domino daret; ceterum, qui servo dare iussus est, domino dando non aliter implere conditionem intelligendus est, quam si ex voluntate servi dedit. Idem respondendum est in solutione, si stipulato (2) Sempronio sibi aut Sticho Maevii servo decem dari, debitor Maevio domino pecuniam solverit.

§ 8.—Si creditor debitoris hereditatem ad se non pertinentem possedit, et tantum ad eum pervenit, quantum, si quilibet alius bonorum possessor ei solveret, liberaret heredem, non potest dici, fideiussores liberari; neque enim ipsum sibi solvisse pecuniam credendum est, a quo hereditas evincitur.

§ 9.—Dolo fecisti, quominus possideres, quod ex hereditate ad alienum (3) pertinente apprehenderas; si possessor corpus aut litis aestimationem praestitit, ea res tibi proderit, quia nihil petitoris interest; ceterum si tu ante conventus ex praeterito dolo praestiteris, nihil ea res possessori proderit.

§ 10.—Si mandatu meo Titio pecuniam credidisses, eiusmodi contractus similis est tutori, et debitori pupilli; et ideo mandatore convento et damnato, quamquam pecunia soluta sit, non liberari debitorem ratio suadet; sed et praestare debet creditor actiones mandatori adversus debitorem, ut ei satisfiat. Et huc pertinet, tutoris et pupilli debitoris nos fecisse comparisonem; nam quum tutor pupillo tenetur ob id, quod debitorem eius non convenit, neque iudicio cum altero accepto liberatur alter, nec si damnatus tutor solverit, ea res proderit debitori; quin etiam dici solet, tutelae contraria actione agendum, ut ei pupillus adversus debitores actionibus cedat.

§ 11.—Si creditor a debitore (4) culpa sua causa ceciderit, prope est, ut actione mandati nihil a mandatore consequi debeat, quum ipsius vitio acciderit, ne mandatori possit actionibus cedere.

la estipulación, pero que por el contrario, nada impide que estipulando el padre se agregue la persona del hijo, porque siempre se entiende que estipuló para sí lo que el padre estipula para el hijo, cuando él no estipuló para sí mismo, y en el caso presente es manifiesto que la persona del hijo fué agregada no por causa de la obligación, sino del pago.

§ 6.—Estipulé que á mi ó á Ticio se diera el usufructo; habiendo sido disminuído de cabeza Ticio, no se extingue la facultad de pagarle á Ticio, porque podemos estipular también así: «¿prometes que se me dará á mi ó á Ticio, cuando éste hubiere sido disminuído de cabeza?»

§ 7.—Porque si se hubiera agregado la persona de un furioso ó de un pupilo, el dinero se le dará bien al tutor ó al curador, si también por causa de cumplir una condición se le da bien el dinero al tutor ó al curador; lo que opinaron ciertamente Laheo y Pegaso que se había de admitir por causa de utilidad. Y esto puede ser admitido así, si el dinero se invirtió en cosa del pupilo ó del furioso; á la manera que si aquel á quien se le mandó que le diera al señor le hubiese dado á su esclavo para que le diese al señor; pero aquel á quien se le mandó que le diera á un esclavo, dándole al señor, no ha de ser considerado que cumplió la condición de otra suerte, sino si le dió con la voluntad del esclavo. Lo mismo se ha de responder respecto al pago, si habiendo estipulado Sempronio que se le den diez á él ó á Sticho, esclavo de Mevio, el deudor le hubiere pagado el dinero al dueño de Mevio.

§ 8.—Si el acreedor poseyó la herencia del deudor que no le pertenecía á él, y fué á poder de él cuanto liberaría al heredero si otro cualquiera poseedor de los bienes le pagase, no se puede decir que quedan libres los fiadores; porque no se ha de creer que se pagó á sí mismo el dinero aquel de quien se hace evicción de la herencia.

§ 9.—Hiciste con dolo que no poseyeras lo que de herencia perteneciente á otro habías tomado; si el poseedor entregó la cosa ó la estimación del litigio, esto te aprovechará á tí, porque nada le importa al demandante; pero si demandado tú antes por el dolo pasado la hubieres entregado, esto no le aprovechará en nada al poseedor.

§ 10.—Si por mandato mío le hubieses prestado dinero á Ticio, este contrato es semejante al del tutor y al del deudor del pupilo; y por esto, demandado y condenado el mandante, la razón aconseja que no quede libre el deudor, aunque el dinero haya sido pagado; pero el acreedor debe también cederle al mandante las acciones contra el deudor, para que se le pague. Y esto se refiere á la comparación que hemos hecho del tutor y del deudor del pupilo; porque cuando el tutor está obligado al pupilo porque no demandó al deudor de éste, ni se libra uno habiendo aceptado el juicio con el otro, ni si condenado el tutor hubiere pagado, le aprovechará esto al deudor; antes bien, se suele decir que se ha de ejercitar la acción contraria de tutela, para que el pupilo le ceda las acciones contra los deudores.

§ 11.—Si por culpa suya el acreedor hubiere caído de su derecho respecto al deudor, es más cierto que no deberá conseguir nada del mandante con la acción de mandato, porque por culpa de él mismo habrá acontecido que no pueda cederle al mandante las acciones.

(1) sicuti conditionis implendae, *Vulg.*

(2) stipulatus sit a, *Vulg.*

(3) *Taur.* según la escritura original; aliam, la corrección del códice *Fl.* *Br.*

(4) petens, insertan *Hal.* *Vulg.*

§ 12.—Si inter emptorem et venditorem convenierit, priusquam aliquid ex alterutra parte solveretur, ut ab emptione discedatur, fideiussor eo nomine acceptus soluto contractu liberabitur.

96. *IDEM libro XI. Responsorum.*—Pupilli debitor tutore delegante pecuniam creditori tutoris solvit; liberatio contigit, si non malo consilio cum tutore habito hoc factum esse probetur; sed et interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit.

§ 1.—Quum pupilla magistratui, qui per fraudem pupillo tutorem dedit, heres extitisset, tutores eius cum adolescente transegerunt; eam transactionem pupilla ratam habere noluit; nihilominus erit tutorum pecunia (1) liberata, nec tutores contra adolescentem actionem, nec utilem habebunt, qui suum recuperavit. Plane si adolescens pecuniam restituere tutori pupillae maluerit, rescisso, quod gestum est, actionem utilem in pupillam heredem magistratus accipiet.

§ 2.—Soror, cui legatum ab herede fratre debebatur, post mortem legati quaestionem transegit, ut nomine debitoris contenta legatum non peteret; placuit, quamvis nulla delegatio facta, neque liberatio secuta esset, tamen nominis periculum ad eam pertinere; itaque si legatum contra placitum peteret, exceptionem pacti non inutiliter opponi.

§ 3.—Quum eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorum pro modo pecuniae cuiusque contractus creditor accepto facere debet, nec in arbitrio eius electio erit, quum debitor pretium pignoris consortioni (2) subiecerit; quodsi temporibus discretis superfluum pignorum obligari placuit, prius debitum pretio pignorum iure solvetur, secundum superfluo compensabitur.

§ 4.—Quum institutus deliberaret, substituto pecunia per errorem soluta est; ad eum hereditate postea devoluta, causa conditionis evanescit; quae ratio facit, ut obligatio debiti solvatur.

97. *IDEM libro II. Definitionum.*—Quum ex pluribus causis debitor pecuniam solvit, utriusque demonstratione cessante potior habebitur causa eius pecuniae, quae sub infamia debetur; mox eius, quae poenam continet; tertio, quae sub hypotheca vel pignore contracta est; post hunc ordinem potior habebitur propria, quam aliena causa, veluti fideiussoris; quod veteres ideo definiunt, quod verisimile videretur, diligentem debitorem admonitu (3) ita negotium suum gesturum fuisse; si nihil eorum interveniat, vetustior contractus ante solvetur. Si maior pecunia numerata sit, quam ratio singulorum exposcit, nihilominus primo contractu soluto, qui potior erit, superfluum ordini secundo vel in totum, vel pro parte minuendo videbitur datum.

§ 12.—Si entre el comprador y el vendedor se hubiere convenido separar de la compra, antes que por una u otra parte se entregase alguna cosa, el fiador admitido en tal negocio quedará libre por haberse disuelto el contrato.

96. *EL MISMO; Respuestas, libro XI.*—El deudor del pupilo pagó por delegación del tutor el dinero al acreedor del tutor; tiene lugar la liberación, si no se probare que esto se hizo con mal designio formado con el tutor; pero el acreedor está obligado al pupilo también por el interdicto fraudatorio del tutor, si constare que él tomó parte en el propósito de fraude.

§ 1.—Habiendo una pupila quedado heredera del magistrado, que por fraude le dió tutor á un pupilo, los tutores de ella transigieron con el adolescente; la pupila no quiso ratificar esta transacción; esto no obstante, quedará libre con el dinero de los tutores, y los tutores no tendrán ni aun la acción útil contra el adolescente, que recuperó lo suyo. Mas si el adolescente hubiere preferido restituir el dinero al tutor de la pupila, quedando rescindido lo que se hizo, obtendrá la acción útil contra la pupila heredera del magistrado.

§ 2.—Una hermana, á la cual se le debía un legado por su hermano que era heredero, transigió después de promovida la cuestión del legado, de suerte que hallándose contenta con un crédito del deudor no pidiese el legado; se determinó, que aunque no se hizo ninguna delegación, ni se siguió liberación, le pertenecía, sin embargo, á ella el riesgo del crédito; y así, si pidiera contra lo pactado el legado, no se oponía inútilmente la excepción del pacto.

§ 3.—Cuando al mismo tiempo se obligan prendas por dos contratos, el acreedor debe dar por recibido el precio de las mismas á proporción del importe de cada contrato, y no estará á su arbitrio la elección, porque el deudor sujetó el precio de la prenda á ambos contratos; pero si en diversos tiempos quiso que quedara obligado lo restante de las prendas, se pagará por derecho de prenda con el precio la primera deuda, y con lo sobrante se compensará la segunda.

§ 4.—Estando deliberando el heredero instituido, se le pagó por error una cantidad al substituido, habiendo pasado después á éste la herencia, se extingue la causa de la condición; lo cual hace que se disuelva la obligación de la deuda.

97. *EL MISMO; Definiciones, libro II.*—Cuando el deudor por muchas causas paga una cantidad, no habiendo designación de una y de otra, se considerará preferente la causa del dinero, que se debe bajo tacha de infamia; después, la del que contiene una pena; en tercer lugar, la del que se contrató con hipoteca ó prenda; después de este orden se considerará más preferente la causa propia que la ajena, por ejemplo, la del fiador; lo que definió de este modo los antiguos, porque se considera verosímil que un deudor diligente habria de proveer así por requerimiento á su propio negocio; y si no mediara nada de esto, será pagado antes el contrato más antiguo. Si se hubiera entregado mayor cantidad de dinero de la que requiere la cuenta de cada contrato, esto no obstante, disuelto el primer contrato, que fuere preferente, se considerará que lo restante se dió ó por la totalidad del segundo en orden, ó para disminuirlo en parte.

(1) tutore solvente pecuniam, *Vulg.*
(2) sorti omni, *Vulg.*

(3) *Taur. según la escritura original; admonitum, la corrección del códice Fl., Br.*

98. PAULUS libro XV. *Quaestionum*. — Qui res suas obligavit, postea aliquam possessionem ex his pro filia sua dotem promittendo obligavit, et solvit; si ea res a creditore evicta est, dicendum est, maritum ex dotis promissione agere posse, ac si statuliberum remve sub conditione legatam dotis nomine pro filia patris solvisset; harum enim rerum solutio non potest nisi ex eventu liberare, scilicet quo casu certum erit remanere eas.

§ 1.—Diversum respondetur in ea pecunia sive re, quam patronus post mortem liberti per Favianam aufert; haec enim actio, quum sit nova, partam liberationem non potest revocare.

§ 2.—Huic applicatur minor vigintiquinque annis, qui a creditore circumscriptus in rem ex causa debiti solutam restituitur.

§ 3.—Rem autem castrensis peculii solventem patrem perinde accipere debemus, ac si alienam dedisset, quamvis possit residere apud eum, cui soluta est, prius mortuo intestato filio; sed tunc acquisita creditur, quum filius decesserit; et utique cuius fuerit, eventus declaret, sitque et hoc ex his, quae postfactis, in praeteritum quid fuerit, declarent (1).

§ 4.—Mihī dare decem pure, aut Titio kalendis (2) vel sub conditione, aut mihī kalendis Ianuariis, Titio Februariis, utiliter stipulor; quodsi mihī kalendis Februariis, Titio kalendis Ianuariis, potest dubitari. Sed rectius dicitur, utiliter stipulatum; nam quum in diem sit ea quoque obligatio, etiam mihī solvi potest ante Februarias; igitur et illi solvi poterit.

§ 5.—Qui stipulatus sibi aut Titio, si hoc dicit: «si Titio non solveris, dari sibi, videtur conditionaliter stipulari. Et ideo etiam sic facta stipulatione: «mihī decem, aut quinque Titio dari?» quinque Titio solutis liberabitur reus a stipulatore. Quod ita potest admitti, si hoc ipsum expressim agebatur, ut quasi poena adiecta sit in persona stipulantis, si Titio solutum non esset. At ubi simpliciter sibi aut Titio stipulatur, solutionis tantum causa adhibetur Relius; et ideo quinque ei solutis remanebunt reliqua quinque in obligatione. Contra si mihī quinque, illi decem stipulatus sim, quinque Titio solutis non facit conceptio stipulationis, ut a me liberetur; porro si decem solverit, non quinque repetet, sed mihī per mandati actionem decem debebuntur.

§ 6.—Mihī Romae, aut Ephesi Titio dari stipulor; an solvendo Titio Ephesi a me liberetur, videamus; nam si diversa facta sunt, ut Iulianus putat, diversa res est; sed quum praevalet causa dandi, liberatur; liberaretur enim, et si mihī Stichum, illi Pamphilum dari stipulatus essem, et Titio Pamphilum solvisset. At ubi merum factum stipulor, puta insulam in meo solo aedificari, aut in Titii loco, numquid, si in Titii loco aedificet, non contingat libe-

98. PAULO; *Cuestiones, libro XV*.—Uno que obligó sus propios bienes obligó después alguna posesión de ellos prometiendo dote por su hija, y pagó; si de esta cosa se hizo evicción por el acreedor, se ha de decir que el marido puede ejercitar acción por la promesa de la dote, lo mismo que si el padre hubiese entregado por la hija á título de dote un esclavo instituido libre bajo condición ó una cosa legada bajo condición; porque la entrega de estas cosas no puede liberar sino en virtud del resultado, esto es, en el caso en que fuere cierto que ellas permanecían.

§ 1.—Diversa cosa se responde tratándose del dinero ó de la cosa, que el patrono quita por la acción Faviana después de la muerte del liberti; porque esta acción, siendo como es nueva, no puede revocar la liberación obtenida.

§ 2.—A este se asemeja el menor de veinticinco años, que engañado por su acreedor es restituido en la cosa pagada por causa de deuda.

§ 3.—Pero al padre, que paga con una cosa del peculio castrense, lo debemos considerar lo mismo que si hubiese dado una ajena, aunque pueda permanecer en poder de aquel á quien fué entregada, muriendo antes intestado el hijo; pero se considera adquirida cuando el hijo hubiere fallecido; y ciertamente el resultado declarará de quién haya sido, y este será también uno de los casos que por hechos posteriores declaran qué haya sido una cosa en lo pasado.

§ 4.—Estipulo útilmente que se me den diez puramente, ó que se den á Ticio en las calendas ó bajo condición, ó á mí en las Calendas de Enero, ó á Ticio en las de Febrero; pero se puede dudar si á mí en las calendas de Febrero, ó á Ticio en las calendas de Enero. Pero más bien se dice, que se estipuló útilmente; porque siendo á término también esta obligación, se me puede pagar también á mí antes de las calendas de Febrero; luego también se le podrá pagar á él.

§ 5.—El que estipula para sí ó para Ticio, si dice así: «si á Ticio no le pagares», se considera que estipula condicionalmente que se le dé á él. Y por lo tanto, también habiéndose hecho así la estipulación: «prometes que se me darán diez, ó cinco á Ticio?» pagados los cinco á Ticio quedará libre el reo respecto al estipulante. Lo que se puede admitir así, si expresamente se trataba esto mismo, para que hubiera como agregada una pena en cuanto á la persona del estipulante, si no se hubiese pagado á Ticio. Mas cuando simplemente estipula para él ó para Ticio, se agrega Ticio solamente por causa del pago; y por lo tanto, habiéndosele pagado cinco, permanecerán los otros cinco en la obligación. Al contrario, si yo hubiera estipulado cinco para mí, y diez para él, el tenor de la estipulación no hace que, pagados los cinco á Ticio, se quede libre respecto á mí; y ciertamente que si hubiere pagado los diez, no repetirá cinco, sino que se me deberán los diez por la acción de mandato.

§ 6.—Estipulo que se me dé en Roma, ó á Ticio en Efeso; veamos si pagándole á Ticio en Efeso se quedaría libre respecto á mí; porque si los hechos son diversos, como opina Juliano, la cosa es diversa; pero como prevalece la causa de dar, se queda libre; se quedaría libre, pues, también si yo hubiese estipulado que se me dé el esclavo Stico, y que á aquel se le dé el esclavo Pánfilo, y él hubiese entregado Pánfilo á Ticio. Mas cuando estipulo un

(1) *Taur. según la escritura original; declaret, la corrección del código Fl., Br.; sicque et hoc ex his, quae ex postfactis sunt in praeteritum, cuius quid fuerit, declaret, Hal.*

(2) *Iulius, inserta Vulg.*

ratio? nemo enim dixit facta pro facta soluta liberationem contingere. Sed verius est, liberationem contingere, quia non factum pro facta solvere videtur, sed electio promissoris completur.

§ 7.—Si servus fructuarius ex re fructuarii domino proprietatis, aut fructuario (1) stipuletur, inutilis est stipulatio; at ex re proprietarii si ipsi domino aut fructuario stipuletur (2), recte stipulatur; tantum enim solutionis capax est fructuarius hoc casu, non etiam obligationis quoque (3).

§ 8.—Aream promisi alienam, in ea dominus insulam aedificavit; an stipulatio extincta sit, quaesitum est. Respondi, si alienum hominem promisi, et is a domino manumissus est, liberor. Nec admissum est, quod Celsus ait, si idem rursus lege aliqua servus effectus sit, peti eum posse; in perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest, et si servus effectus sit, alius videtur esse. Nec simili argumento usus est, ut si navem, quam tu promissisti, dominus dissolverit, deinde iisdem tabulis compegerit, teneri te; hic enim eadem navis est, quam te daturum spondidisti; ut videatur magis obligatio cessare, quam extincta esse. Homini autem manumisso simile fiet, si ea mente dissolutam esse navem posueris, ut in alios usus converterentur tabulae, deinde mutato consilio easdem compositas; alia enim videbitur esse posterior navis, sicut ille alius homo est. Non est his similis area, in qua aedificium positum est; non enim desiit (4) in rerum natura esse; imo et peti potest area, et aestimatio eius solvi debet; pars enim insulae area est, et quidem maxima, cui etiam superficies cedit. Diversum dicemus, si servus promissus ab hostibus captus sit (5); hic interim peti non potest, quasi ante diem; sed si redierit postliminio, recte tunc petetur, cessavit enim hic obligatio; area autem extet (6), sicut cetera, ex quibus aedificium consistit (7). Denique lex duodecim tabularum tignum aedibus iunctum vindicari posse scit (8), sed interim id solvi prohibuit, pretiumque eius dari voluit.

99. PAULUS libro IV. (9) *Responsorum respondit*.—Creditorem (10) non esse cogendum in aliam formam numos accipere, si ex ea re damnum aliquid passurus sit.

100. IDEM libro X. *Responsorum*.—Quaero, an curatoribus vel tutoribus in provincia datis, Romae pecunia solvi possit, quae in provincia ita ab his foenerata esset, ut Romae solveretur, quum iidem

mero hecho, por ejemplo, que se edifique una casa en mi solar, ó en un solar de Ticio, ¿no tendría acaso lugar la liberación, si edificara en un solar de Ticio? Porque nadie dijo que ejecutándose un hecho en lugar de otro hecho, tiene lugar la liberación. Pero es más verdadero que tiene lugar la liberación, porque no se considera que se ejecuta un hecho por otro hecho, sino que se cumplimenta la elección del prometedor.

§ 7.—Si un esclavo usufructuario estipula por cosa del usufructuario para el dueño de la propiedad, ó para el usufructuario, es inútil la estipulación; mas si por cosa del propietario estipulara para el mismo dueño ó para el usufructuario, estipula válidamente; porque en este caso el usufructuario es capaz solamente para el pago, no también para la obligación.

§ 8.—Prometí un solar ajeno, y en él edificó una casa el dueño; se preguntó, si se habría extinguido la estipulación. Respondí, que si prometí un esclavo de otro, y él fué manumitido por su dueño, quedo libre de la obligación. Y no se admitió lo que dice Celso, que si él mismo se hubiera hecho otra vez esclavo por alguna condición, podía él ser pedido; porque no se puede restablecer la obligación extinguida á perpetuidad, y si se hubiera hecho esclavo se considera que es otro. Y no es semejante el argumento de que se sirvió, que si el dueño hubiere deshecho la nave que prometiste, y después la hubiere formado con las mismas tablas, estabas obligado; porque en este caso es la misma nave que prometiste que darías; de modo que más bien parece que cesa la obligación, que no que se extinguió. Mas esto será análogo al esclavo manumitido, si supusieres que la nave fué deshecha con la intención de que sus tablas se aplicasen á otros usos, y que después, habiéndose cambiado de propósito, se reconstruyó con ellas mismas la nave; porque se considerará que es otra la nave posterior, así como es otro el esclavo. No es semejante á estos el caso del solar, en que se levantó un edificio; porque no dejó de existir; antes bien aun puede ser pedido el solar, y se deberá pagar su estimación; porque el solar es una parte de la casa, y ciertamente la principal, á la cual cede también la superficie. Diversa cosa diremos, si el esclavo prometido hubiera sido aprisionado por los enemigos; porque éste no puede ser pedido entretanto, como antes del término; pero si hubiere vuelto por el postliminio, con razón será pedido entonces, porque en este caso cesó la obligación; pero el solar existe como las demás cosas de que se compone el edificio. Finalmente, la ley de las Doce Tablas declara que se puede reivindicar la viga puesta en una casa, pero prohibió que mientras tanto fuera arrancada, y quiso que se diera su valor.

99. PAULO respondió; *Respuestas, libro IV*.—El acreedor no ha de ser obligado á recibir el dinero en otra forma, si por ello hubiera de sufrir algún perjuicio.

100. EL MISMO; *Respuestas, libro X*.—Pregunto, si, habiéndose nombrado en una provincia los curadores ó los tutores, se podría pagar en Roma el dinero, que en la provincia hubiese sido dado por

(1) usufructuario, *Hal. Vulg.*
 (2) *Taur. según el código Fl., en el que se les stipuleratur, Br.*
 (3) *Taur. según el código Fl., que dice quoqueerant, Br.*
 (4) area, *inserta Vulg.*
 (5) *Taur. según la escritura original; est, la corrección del código Fl., Br.*

(6) *exstat, Hal. Vulg.*
 (7) *Vulg.; constitit, el código Fl.*
 (8) *scitit ó scivit, conjetura Br.; sciscit, Vulg.*
 (9) *V., Hal.*
 (10) *Hal. Vulg.; Debitorem, el código Fl.*

curatores vel tutores rerum Italicarum administrationem non sustinent, an, si solverit, debitor liberetur. Paulus respondit, his tutoribus vel curatoribus recte pupillo pecuniam debitam solvi, qui negotia eius administrant; eos autem, qui provincialium rerum curatores vel tutores sunt, Italica negotia administrare non solere, nisi specialiter tutores provincialium rerum, ut sibi Romae redderetur (1), promitti curaverunt.

101. IDEM libro XV. *Responsorum*. — Paulus respondit, non ideo eos, qui virilem portionem ex causa fideicommissi inferre debuerant, liberatos videri, quoniam quidam ex collegis per errorem plus debito intulerunt.

§ 1.—Paulus respondit, aliam causam esse debitoris solventis, aliam creditoris pignus distrahentis; nam quum debitor solvit pecuniam, in potestate eius esse, commemorare, in quam causam solveret; quum autem creditor pignus distraheret, licere ei pretium in acceptum referre, etiam in eam quantitatem, quae natura tantum debebatur; et ideo deducto eo debitum peti posse.

102. SCAEVOLA libro V. *Responsorum*. — Creditor oblatam a debitor pecuniam, ut alia die accepturus, distulit; mox pecunia, qua illa respublica utebatur, quasi aërosa iussu Praesidis sublata est, item pupillaris pecunia, ut possit idoneis nominibus credi, servata ita interempta est; quaesitum est, cuius detrimentum esset. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, nec creditoris, nec tutoris detrimentum esse.

§ 1.—Quum de sorte debita constaret, de usura (2) litigatum esset, novissime ex appellatione pronuntiatum est, solutas quidem usuras non peti, in futurum vero non deberi; quaero, pecunia data utrum usuris cedere deberet, quod petitor defenderet, an vero sorti proficeret. Respondi, si, qui dabat, in sortem se dare dixisset, usuris non debere proficere.

§ 2.—Valerius, Lucii Titii servus, scripsit: «accepi a Mario Marino (3) ex summa maiore tot aureos»; quaero, an haec summa in proximum annum ei accepto ferri debeat, quum superioris anni sit reliquator. Respondi, videri in primam quamque summam liberationem proficere.

§ 3.—Titius mutuum pecuniam accepit, et quincunces usuras spondit, easque paucis annis solvit, postea nullo pacto interveniente per errorem et ignorantiam semisses usuras solvit; quaero, an patefacto errore id, quod amplius usurarum nomine solutum esset, quam in stipulatum deductum, sortem minueret. Respondit, si errore plus in usuris solvisset, quam deberet, habendam rationem in sortem eius, quod amplius solutum est.

103. MARCIANUS (4) libro II. *Fideicommissorum*. — Quum ex pluribus causis debitor pecuniam solvit, Iulianus elegantissime putat, ex ea causa eum solvisse videri debere, ex qua tunc, quum solvebat, compelli poterat (5) ad solutionem.

ellos á interés para que fuese pagado en Roma, no teniendo los mismos curadores ó los tutores la administración de los bienes en Italia, ó si quedaría libre el deudor, si hubiere pagado. Paulo respondió, que el dinero debido á un pupilo se les paga bien á los tutores ó á los curadores, que administran los bienes de aquél; pero los que son curadores ó tutores de los bienes sitos en una provincia, no suelen administrar los negocios en Italia, á no ser que los tutores de los bienes sitos en la provincia hayan cuidado especialmente de que se les prometa que el dinero se les devolvería en Roma.

101.—EL MISMO; *Respuestas, libro XV*. — Paulo respondió, que no se considera que los que por causa de fideicomiso habían debido pagar una porción viril quedaron libres, porque ya alguno de sus colegas pagaron por error más de lo debido.

§ 1.—Respondió Paulo, que una es la causa del deudor que paga, y otra la del acreedor que enajena la prenda; porque cuando el deudor paga el dinero, está en su facultad expresar por qué causa lo paga; mas cuando el acreedor enajena la prenda, le es lícito dar por recibido el precio aun para aquella cantidad que sólo se debía naturalmente; y por ello, deducido esto, se podía pedir la deuda.

102. SCAEVOLA; *Respuestas, libro V*. — Un acreedor difirió, para recibirlo otro día, el dinero ofrecido por el deudor; después fué abolida por orden del Presidente, como si fuese de baja ley, la moneda que usaba aquella república, y también fué así inutilizado el dinero del pupilo que estaba guardado para poder ser prestado en créditos abonados; se preguntó, de quién sería el quebranto. Respondi, que, según lo que se exponía, el quebranto no era ni del acreedor, ni del tutor.

§ 1.—Habiendo constancia respecto al capital debido se litigó sobre el interés, y por último se falló en virtud de apelación, que ciertamente no se repetirían los intereses pagados, pero que no se debían para lo futuro; pregunto, si el dinero dado debería aplicarse á los intereses, como defendía el demandante, ó si aprovecharía para el capital. Respondi, que si el que lo dió hubiese dicho que lo daba para el capital, no debía aprovechar para los intereses.

§ 2.—Valerio, esclavo de Lucio Ticio, escribió: «recibí de Mario Marino tantos áureos de mayor suma»; pregunto, si esta suma deberá serle dada por recibida para el año próximo, siendo el deudor de atrasos del año anterior. Respondi, que la liberación aprovechaba respecto á la suma primera.

§ 3.—Ticio recibió dinero en mútuo, y prometió intereses al cinco por ciento, y los pagó pocos años, y después, sin haber mediado ningún pacto, pagó por error y por ignorancia intereses al seis por ciento; pregunto, si hecho manifiesto el error, disminuiría el capital lo que de más se hubiese pagado á título de intereses, sobre lo que se consignó en la estipulación. Respondió, que si por error hubiese pagado por intereses más de lo que debiera, se habrá de tener para el capital cuenta de lo que se pagó de más.

103. MARCIANO; *Fideicomisos, libro II*. — Cuando el deudor paga dinero por muchas causas, opina muy discretamente Juliano, que se debe considerar que lo pagó por aquella causa por la que podía ser compelido al pago entonces cuando pagaba.

(1) ut res sibi Romae redderentur, *Vulg.*

(2) et de usuris, *Vulg.*

(3) a Marino Materno, *Hal.*

(4) Terentius Clemens, *Hal.*; Neratius, *Vulg.*

(5) *Hal. Vulg.*; poterit, *el códice Fl.*